

8 Vari

QUAESTIONUM DE HISTORIAE HERODOTEAE FONTIBUS PARS PRIMA.

DISSERTATIO INAUGURALIS
PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILIELMA BEROLINENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

UNA CUM THESISIBUS PROPOSITIS

DIE XXI. M. MARTII A. MDCCCLXXXV


HORA I

PUBLICICE DEFENDET

AUCTOR

HUGO PANOFESKY

SILESIVS.



ADVERSARII ERUNT:

ADOLPHUS JAECKEL
PAULUS SCHNEIDER
HEINRICUS WILHELMS } CAND. PHIL.

BEROLINI

TYPIS EXPRESSIT A. W. SCHADE (L. SCHADE)

STALLSCHREIBERSTR. 45/46.

AL. KIR. ERZSEBET
TUD. EGYSÉG
KÖNYVTÁRA

Könyvtár	
Gyűjtemény: ...	
Leírás: ...	Utas: ... VI ...
... 1.6.29 ...



Leltári szám:
2413
Leltározott:
1923. II. hó 18-n.

PARENTIBUS DILECTISSIMIS

ET

ADOLPHO KIRCHHOFFIO

PRAECEPTORI CARISSIMO

SACRUM.



Viri docti plèrique persuasum habent fere omnia, quae in historiarum libris Herodotus memoriae prodidit, in itineribus ex hominum ore eum accepisse¹⁾, et de eius fontibus quaerentes id ipsum quaerunt, a quibusnam hominibus, Graecis et barbaris, quamque rem ille audiverit. Pauci sumentes eum in historiis conscribendis etiam historicos, qui ante eum fuerunt, respexisse, nonnullorum nobiliorum ex iis, Hecataei, Xanthi, Charonis,

¹⁾ NIEBUHR, Vortr. üb. a. Gesch. I, 204: »alle Ueberlieferungen sind ihm von den λόγιοι gegeben;« DAHLMANN, Herodot. Aus seinem Buche sein Leben. p. 100: »Material hatte er sich auf seinen Reisen selber genug geschafft;« p. 105: »er bereiste selbst alles, ein Frager bei Gelehrten und Ungelehrten;« p. 53: »die unterrichtetsten der Menschen wurden ihm zur lebendigen Geschichtsquelle;« p. 135: »Herodot selber war von Grund aus der Bürge seines Werkes, desselben Urquell und Gestalter;« p. 134: »allein die Benutzung des Hekataeus steht fest;« CAR. MUELLER, Geogr. Gr. min. I, p. 33: »omnino logographorum scriptis paucissimis usus esse videtur;« BAEHR, edit. Her. tom. IV, 453: »vix ullum certum exstat vestigium, Herodotum aliorum scripta consulisse; p. 438: vel ipse vidit, quae scripsit, vel a sacerdotibus, quos illa aetate per orientem imprimis unos doctos rerum gestarum notitiam habuisse constat, accepit sciscitando vel a mercatoribus, quos in itineribus convenit;« HOLLANDER, de Hecataei Milesii descriptione terrae qu. cr. (Bonn 1861) p. 2: »in universum Herodotum fere nusquam prioribus scriptoribus usum esse probabile est;« MATZAT, Herodots geographische Angaben über Asien (Hermes VI, 478): »der Vater der Geschichte war nichts weniger als ein Scribent, der aus diversen alten Büchern ein neues zusammenschmiedete;« STEIN, edit. Her. 1870, I, p. 17: »getreuliche Meldung der im Munde der unterrichteten (λόγιοι) lebenden Ueberlieferung war eine selbst gestellte Aufgabe;« NITZSCH, Herodots Quellen für die Geschichte der Perserkriege (Mus. Rhen. 1872) p. 233: »die vor ihm entwickelte historische Litteratur hat er in keiner irgend bedeutenden Ausdehnung für sein Werk verwandt; offenbar hatte die geschriebene griech. Quelle für ihn nicht den Werth und Bedeutung der mündlichen Ueber-

Hellanicis fragmentis cum ^{ve} locis Herodoteis comparatis statuerunt Herodotum illos compertos habuisse eorumque ex libris in suum opus nonnulla transtulisse¹⁾.

Sed Herodotus ipse narrationis suae fontes multis locis significat: hos nos videamus.

Rerum gestarum scriptorem unum laudat Hecataeum Milesium; quamquam ita eum laudat, ut non hunc unum prosae orationis scriptorem, sed ut genus multorum eiusmodi scriptorum eum novisse appareat:

VI 137 Πελασγοὶ ἐπέειτε ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἐξεβλήθησαν, εἴτε ἂν δικαίως εἴτε ἀδίκως. τοῦτο γὰρ οὐκ ἔχω φράσαι πλὴν τὰ λεγόμενα, ὅτι Ἐκαταῖος μὲν ὁ Ἠγησάνδρου ἔφησε ἐν τοῖσι λόγοισι λέγων ἀδίκως. ἐπεὶ τε γὰρ ἰδεῖν τοὺς Ἀθηναίους τὴν χώραν κ. τ. λ. II 143 πρότερον Ἐκαταίῳ τῷ λογοποιῷ ἐν Θήβησι γενεηλογήσαντι ἐωυτὸν ἐποίησαν οἱ ἱεῖες τοῦ Διὸς οἷόν τι

lieferung, die er selbst unmittelbar an Ort und Stelle auffassen und nach ihrem Werth abschätzen mochte;» p. 236: »eben die mündlichen Ueberlieferungen, wie sie sich damals im Verkehr der verschiedenen Nationen ausgebildet hatten, bildeten das Material, mit dem er zu arbeiten gedachte;» WECKLEIN, über die Tradition der Perserkriege (in Act. Acad. Monach. 1876) p. 239: »die Ueberlieferung, welche Herodot zu Gebote stand, war im Grossen und Ganzen eine mündliche;» ROESE, hat Her. sein Werk selbst herausgegeben? (Progr. gymn. Gissens. 1879; Bursian, Jahresber. 1881, p. 89); »ich finde es mehr als zweifelhaft, ob Her. überhaupt andere Schriftsteller, Hekataeus allenfalls ausgenommen, benutzt hat;» BAUER, Themistocles 1882, p. 157: »nach Schmidt (»das perikl. Zeitalter« Jenae 1877, 79) haben Herodot, Ephoros; Plutarch und alle Späteren Stesimbrotos benutzt; Herodot ist dabei am ärgsten verkannt, wenn er zum Ausschreiber einer schriftlichen Quelle gemacht wird, die fast gleichzeitig mit seinem Werke entstand; wozu reiste er dann fast sein ganzes Leben?«

¹⁾ CREUZER, antiquissimor. hist. Gr. frg., Heidelb. 1806, p. 5: *probabile est eum, licet non in eorum numero habendus sit, qui toti fere ex aliorum auctoritate pendent, ut Plutarchus, Diodorus, alii, minime tamen eorum libros neglexisse, qui ante se in eodem argumento elaborarint, in quibus prae ceteris Charo fuit Lampsacenus;» URLICH, üb. d. Geschichtsquellen des Herodot (Eos. I, 558): »Herodot hat mehr gelesen und benutzt, als Dahlmann zugeben will;» HACHTMANN, de rat. int. Xanthi Lydiaca et Herodoti Lydiae historiam, Hal. Saxon. 1869, p. 3: »praeter Hecataeum Herodotus multorum aliorum auctorum libros cognovit in iisque legendis multum versatus est; mire mirum videtur eum eius disciplinae, quam ipse tractabat, opera id est libros logographorum non perlustrasse.«*

καὶ ἐμοὶ . . . V 36 ἐβουλεύετο Ἀρισταγόρης μετὰ τῶν στασιωτέων, ἐκφήνας τὴν τε ἐσωτοῦ γνώμην . . . Ἐκαταῖος δὲ ὁ λογοποιὸς οὐκ ἔα πόλεμον βασιλείῃ ἀναιρέεσθαι . . . V 124 Ἀρισταγ. συγκαλέσας τοὺς συστασιώτας ἐβουλεύετο . . . 125. Ἐκαταίου μὲν νυν τοῦ Ηγησάνδρου, ἀνδρὸς λογοποιοῦ ἔφερε ἡ γνώμη . . .

Deinde his locis nemo non videt scriptores Herodotum respicere:

VI 55 καὶ ταῦτα περὶ τούτων εἰρήσθω (de Persei proavis), ὅτι δὲ ἐόντες Αἰγύπτιοι καὶ ὅτι ἀποδεξάμενοι ἔλαβον τὰς Δωριέων βασιλείας, ἄλλοισι γὰρ περὶ αὐτῶν εἴρηται, εἰσόμεν αὐτά.

IV 36 γελέω ὁρέων γῆς περιόδους γράψαντας πολλοὺς ἤδη.

II 20 Ἑλλήνων μὲν τινες ἔλεξαν περὶ τοῦ ὕδατος τούτου (de Nilo) τριφασίας ὁδοῦς. τῶν ἡ ἐτέρῃ μὲν λέγει . . . 21 ἡ δ' ἐτέρῃ λέγει ἀπὸ τοῦ Ὀκεανοῦ ῥέοντα αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθαι (23 ὁ περὶ τοῦ Ὀκεανοῦ λέξας . . .) 22 ἡ δὲ τρίτῃ τῶν ὁδῶν λέγει . . .

II 123 dicit Aegyptios primos docuisse animas immortales esse. τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσὶ οἱ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον ὡς ἰδίῳ ἐσωτῶν ἐόντι.

Praeterea nonnullos Graecos, Aegyptios, Scythas nominat, quibuscum colloquia se habuisse et ex quorum ore aliquid audivisse dicit (e. g. III 55 Ἀρχίῃ τῷ Σαμίου τοῦ Ἀρχίῳ αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνεγενομένη, ὃς ἔφη κ. τ. λ. II 28 τοῦ Νεῖλου τὰς πηγὰς τῶν ἐμοὶ ἀπικομένων ἐς λόγους οὐδεὶς ὑπέσχετο εἰδέναι, εἰ μὴ ἐν Αἰγύπτῳ ἐν Σαί πόλει ὁ γραμματιστὴς τῶν ἱρῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίης. ἔλεγε δὲ ὧδε . . . IV 76 ὡς δ' ἐγὼ ἤκουσα Τίμνῳ τοῦ Ἀριαπίθεος ἐπιτρόπου . . .); deinde in universum Scythas, Aegyptios, sacerdotes Aegyptios, sacerdotes Babylonios aliquid narravisse (IV 81. Πλήθος τὸ Σκυθῶν οὐκ οἶδ' ἂν τε ἐγενομένη ἀτρεκέως πυθέσθαι. τασόνδε ἀπέφαινό μοι ἐς ὅσιν . . . ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ κέεται χαλκήμιον . . . τοῦτο ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι ἀπ' ἀρδίων γενέσθαι. II 63. ἐνθαῦτα μάχη ζύλοισι καρτερῆ γίνεται, καὶ ὡς ἐγὼ δοκέω, πολλοὶ ἀποθνήσκουσι ἐκ τῶν τραυμάτων. οὐ μόντοι οἱ γε Αἰγύπτιοι ἔφασαν ἀποθνήσκειν οὐδένα. II 99 τὸν Μῆγα οἱ ἱρέες ἔλεγον τοῦτο μὲν ἀπογεφυρῶσαι τὴν Μέμφιν . . . I 183 ὡς ἔλεγον οἱ Χαλδαῖοι); item a Delphis, Proconnesiis

Cycicenisque, a Graecis qui Pontum et Hellespontum habitent, se audivisse dicit (I 20 Δελεφῶν οἶδα ἐγὼ οὔτω ἀκούσας γενέσθαι. IV 14 τὸν περὶ αὐτοῦ ἤκουον λόγον ἐν Προχοννήσῳ καὶ Κυζίκῳ. IV 95 ὡς ἐγὼ πυθθάνομαι τῶν τῶν Ἑλλησποντον οἰκόντων Ἑλλήνων καὶ Πόντον); tum in universum se audivisse aut comperire (ἤκουσα, πέπυσμαι, πυθθάνομαι); deinde in universum Graecos multasque civitates Graecas gentesque barbaras, item nonnullos Graecos, nonnullos Persas, in universum nonnullos aliquid narrare (Ἕλληνας (οἱ Ἑ.) λέγουσι, Ἀθηναῖοι (Ἄ. αὐτοῖ) λέγουσι, Πέρσαι λ., μετεξέτεροί φασι Ἑλλήνων, λέγουσί τινες Ἑλλήνων, ὡς Περσέων μετεξέτεροί λέγουσι, οἱ μὲν δὲ τινες λέγουσι, εἰσὶ οἱ λέγουσι); denique in universum aliquid narrari (λέγεται, λέγουσι, φασί) dicit. Ex his locis ex quibus fontibus Herodoti historias fluxisse putandum est? Ipse ad scriptores provocat; qui igitur licet, quasi res consentanea sit, ab initio sumere, omnia, quae narrat, ea ex hominum ore Herodotum accepisse? Sed etiam ex hoc fonte multa, quae apud Herodotum legimus, hausta esse videmus; qui igitur demonstrari potest, ipsius Hecataei, Xanthi, Charonis, Hellenici libris pro fonte eum usum esse, cum, quae ad hos scriptores referuntur, haec eodem iure in itineribus eum audivisse dici possit atque vix pauca fragmenta eademque non omnia cum locis Herodoteis consentientia exstent, ita ut nonnulli ex ipsa illorum, quam cum Herodoto fecerunt, comparatione concluderint, hunc eorum scripta comperta non habuisse (DAHLMANN, p. 112 sq.; BASS, *Herodot und Hellenicus*, Wien. Stud. I 1879). Apparet id solum quaerendum nobis esse, num ex scriptorum libris Herodotus quae narrat sumpserit, numquid eiusmodi apud eum sit, quod eum ex hominum ore ipsum audivisse cogitari nullo modo possit. Hoc si quaerimus, pleraque, quae apud Herodotum leguntur, non ex viva hominum traditione, sed ex historicorum libris fluxisse statuendum nobis erit. Nam de terrarum externarum quidem, in quas ipse itinera fecit, natura et de gentium illarum moribus quae refert, ibi eum ex quibusdam hominibus exquisivisse consentaneum est. Sed rerum gestarum historiam, cum Herodotus non, ut Thucydides, ea, quae sua aetate gesta sunt, posteritati tradiderit, sed res novissimae, quas narravit, gestae sint, cum

vix natus esset, multa pluribus saeculis, pleraque quinquaginta vel centum annis ab eius temporibus absint, cumque accedat, quod innumeras res et plerasque non iucundas narratiunculas, qualium memoria apud homines vulgares propagari solet, sed tales, quas nos dicimus: »nüchterne, historische Fakta« arctissime inter se coniunctas refert, annorum ordine permultis locis diligenter memorato, et multis locis populorum, oppidorum, hominum multa nomina enumerat multarumque rerum tempora et numeros accuratissime adnotat: haec quomodo cogitari potest alia ex aliorum hominum ore in itineribus Herodotum audivisse et inter se coniunxisse? Herodotus enarrat, quid Aegyptiorum reges inde a Mene usque ad Psammenitum, item Lydorum a Gyge usque ad Croesum et Medorum Persarumque a Deioce usque ad Xerxem deinceps gesserint: haec ipse sermonibus cum Aegyptiis, Lydis, Medis, Persis habitis, sive hi barbari Graece locuti sunt sive interpretibus adhibitis, comperit collegitque, an illarum rerum famam apud Graecos vulgatam secutus est? Refert, quid Athenienses et Lacedaemonii per saeculi sexti magnam partem, quid Iones sub quoque rege Lydio, deinde sub Cyri et Darei regnis gesserint, narrat de Jonum, Aeolum, Doriensium civitatibus in Asia conditis, de initiis reipublicae Laconicae, de Lycurgo, de bellis antiquitus inter Lacedaemonios et Tegeatas gestis, de tyrannide Cypselidarum, de Clisthene Sicyonio, de Polycrate, de Cyrene condita, nonnulla de rebus Siculis saeculo sexto gestis, passim occasione data varia de variis civitatibus Graecis et Ionicis, fabulas de diis heroibusque, genealogias, gentium et urbium origines, alia. De nullis aliis rebus gestis nisi de bellis Persarum, quae qui viderant, Herodoti diebus etiam vixerunt, nonnulla ex hominibus ipsis audivisse et exquisivisse eum consentaneum est; atqui non totam quaestionem de rebus Persarum bellis gestis in sermonibus cum hominibus ipsis habitis eum posuisse concedendum est.

Accedit quod haec omnia, quae ad unum historiae opus Herodotus coniunxit, ante eum et eius aetate multi scriptores Graeci singularibus libris memoriae prodiderunt:

Herodotus passim occasione data fabulas, genealogias, alias res antiquas profert. Talia tum tractaverunt γενεαλογίας scriptis

Hecataeus (Car. Muell., Frg. hist. Gr. I), Acusilaus (Muell. I 100 sq), Pherecydes (I 70 sq), Simonides Ceus iunior (II 49), Bion Proconnesius (II 19), Hellanicus (I 45—65), Damastes Sigeensis (II 64), Herodorus Heraeclensis (II 28—41).

Herod. VI 137 Εκαταῖος ἔρησε ἐν τοῖσι λόγοισι, VI 54 ἄλλοισι περὶ αὐτῶεῖρηται (de Perseidis).

Comp. Hecat. fr. 353 cum Herod. IX 27, 361 c. V 58; Acusil. 13 — VII 189, 19 — IX 34; Pherecyd. 24 — IX 34, 26 — II 91 VI 53, 29 — IX 27, 33 — II 45 IV 8, 42 — II 44, 46 — II 146, 51 et 80 — V 67, 56 — I 147 V 65, 67 — VII 193, 78 — V 80, 93 — VII 8; 11, 194 — VII 189, 111 — I 171; Hellan. 10 — I 147 V 65, 30 — VII 62, 74 — IX 73, 84 — IX 27, 95 — I 146, 159 et 160 — VII 61.

Pherecydes decem libros scripsit περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας (Suid. cf. Dion. Hal. Ant. R. I 13 Φερεκύδης Ἀθηναίων γενεαλόγος οὐδενὸς δεύτερος), Hellanicus Ἀθῆναια composuit (Thucyd. I 97 Ἑλλάνικος ἐν τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφή). Cf. Herod. VIII 44 (de antiquissimis Atheniensium rebus) VII 55 (de Minervae et Neptuni certamine) VII 189 (de Orithyiae raptu) V 66 (de Ione eiusque filii) IX 26 (de Atheniensium expeditione adversus Thebas) IX 27 (de Eurystheo ab Atheniensibus devicto; Pherec. 39) VIII 142 (αἰτίους γενέσθαι δουλοσύνης τοῖσι Ἑλλήσι Ἀθηναίους οὐδαμῶς ἀνασχετόν, οἷτινες αἰεὶ καὶ τὸ πάλαι φαίνεσθε πολλοὺς ἐλευθερώσαντες ἀνθρώπων) I 170 (de Lyco Pandionis filio a fratre Aegeo expulso) IX 73 (ὡς τὸ πάλαι κατὰ Ἑλένης κομιδὴν Τυνδαρίδαι ἐσέβαλον ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν καὶ ἀνίστασαι τοὺς δήμους, οἳ εἰδότες ἵνα ὑπεξέκετο ἡ Ἑλένη, τότε λέγουσι τοὺς Δεκελέας, οἳδὲ αὐτὸν Δέκελον ἀχθόμενον τῇ Θησέος ὕβρι ἐξηγγασάσθαι ἐπὶ τὰς Ἀφιδνας, τὰς δὲ Τιτακὸς κατα προδιδοὶ Τυνδαρίδῃσι; Hellan. fr. 74, qui, quae apud Herodotum desideramus, pulcherrime explens narravit Pirithoum et Thesea Helenam rapuisse et Aphidnas ad Aethram, Thesei matrem duxisse, deinde ad inferos descendisse x. τ. λ.) IX 27 (de bello cum Amazonibus gesto; Hell. 84) VI 137 sq (de Pelasgis ab Atheniensibus ex Attica expulsis et de selesto facinore, quod illi Lemno profecti in Athenienses commiserint) V 76 (de Codri morte).

Herod. VI 35 Μιλτιάδης ὁ Κουφέλου τὰ μὲν ἀνέκαθεν ἀπ' Αἰακοῦ τε καὶ Αἰγίνης γεγονώς, τὰ δὲ νεώτερα Ἀθηναῖος Φιλαίου τοῦ Αἴαντος παιδός. V. Pherec. et Hellan. ap. Marcellin. v. Thuc. § 3.

I 147 Καύκωνας Πολίους ἀπὸ Κόδρου τοῦ Μελάνθου. V 66 Πεισιστρατίδαι ἐόντες καὶ οὗτοι ἀνέκαθεν Πύλοισι τε καὶ Νηλεΐδαι, ἐκ τῶν αὐτῶν γεγονότες καὶ οἱ ἀμρὶ Κόδρον τε καὶ Μέλανθον, οἱ πρότερον ἐπήλυδες ἐόντες ἐγένοντο Ἀθηναίων βασιλεῖς. Hellanicus narravit Melanthum, Codri patrem, cum Heraclidæ contra Peloponnesum proficiscerentur, ex Messenia Athenas transmississe (fr. 10).

V 57 refert Gephyraeos, cuius gentis Hipparchi interfectores essent, a Phoenicibus oriundos esse, qui una cum Cadmo in Bœotiam venissent atque Tanagram tum obtinuissent. Hecat. fr. 189: »*Gephyrae Bœotici oppidi incolas Tanagraeos nominari*».

V 66 Ἰσαγόρης ὁ Τισάνδρου οἰκίης μὲν ἐὼν δοκίμου, ἀτὰρ τὰ ἀνέκαθεν οὐκ ἔχω φράσαι.

V 170 Θάλεω ἀνδρὸς Μιλησίου τὸ ἀνέκαθεν γένος ἐόντος Φοίνικος. V 92, 2 Ἡετίων ὁ Ἐχεκράτης δῆμου μὲν ἐκ Πέτρης ἐὼν, ἀτὰρ τὰ ἀνέκαθεν Λαπίθης τε καὶ Καινειδῆς. VII 221 Μεγιστήν λεγόμενον εἶναι τὰ ἀνέκαθεν ἀπὸ Μελάμποδος.

Cadmus Milesius κτίσιν Μιλήτου καὶ τῆς ὅλης Ἰωνίας composuit (Suid.), κτίσεις πόλεων Charon (Suid.), κτίσεις ἐθνῶν καὶ πόλεων Hellanicus (MUELL. I 59), περὶ Χίου κτίσεως et Hellanicus (I 60) et Ion Chius scripsit (II 50 sq). cf. Diog. Laert. IX 2, 20 Ξενοφάνης ἐποίησε Κολοφῶνος κτίσιν καὶ τὸν εἰς Ἑλέαν ἀποικισμόν.

Herod. I 143—47, 149—51, 144 VII 100; III 91 IV 78 V 113 VII 90 VIII 45—48. Thucyd. II 66 εἰσὶ Ζακύνθιοι Ἀχαιῶν ἄποικοι III 88 Λιπαράσιοι Κνιδίων ἄποικοι IV 75 Καλχηδόνα Μεγαρέων ἀποικίαν 84 Ἀκανθῶν Ἀνδρίων ἀποικίαν 103 εἰσὶ δὲ οἱ Ἀργείοι Ἀνδρίων ἄποικοι, 104, 109, 123 V 6, 84, VII 57 VIII 61.

Simonidis Cei iunioris Suidas tres libros εὐρημάτων laudat. Cf. Damast. Sig. fr. 9 »*biremes Erythraeos fecisse*». — Herod. I 171 de Caribus: καὶ σφι τριεὶ ἐξευρήματα ἐγένετο, τοῖσι οἱ Ἕλληγες ἐχρήσαντο. cf. I 94 II 109 IV 180, 189. Thucyd. I 13, 2 λέγονται τριήρεις πρῶτον ἐν Κορίνθῳ ἐνναυ πηγηθῆναι.

Theagenes Rheginus Cambysis aetate de Homero scripsit (MUELL. II 12), item Stesimbrotus Thasius (II 59), *περὶ ἀρχαίων ποιητῶν καὶ μουσικῶν* Glaucus Rheginus (II 23 sq), *περὶ ποιητῶν καὶ σοφιστῶν* Damastes libros conscripserunt (II 66).

Herod. I 23 sq, 27, 29, 74, 170 II 53, 49, 117, 134 IV 14, 32, 76; I 29 ἀπικνέονται ἐς Σάρδεις ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταὶ καὶ δὴ καὶ Σόλων... II 49 Ἑλλησι Μελάμπους ἐστὶ ὁ ἐξηγησάμενος τοῦ Διονύσου τὴν πομπὴν τοῦ φαλλοῦ. ἀτρεκέως μὲν οὐ πάντα συλλαβῶν τὸν λόγον ἔφηγε, ἀλλ' οἱ ἐπιγενόμενοι τούτῳ σοφισταὶ μεζόνως ἐξέφηναν. IV 95 Ζάμολξεν ὁμιλήσαντα Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσθενεστάντῳ σοφιστῇ Πυθαγόρῃ.

Charon Lampsacenus quattuor libris annales patrios, ὄρους Λαμψακηνῶν, conscripsit (MUELL. I 33 sq), ὄρους Σαμίων Eugeon Samius (II 16), Cycicenorū res Deiochus Proconnesius (II 17 sq), *Λεσβιακά* et *Αἰολικά* Hellanicus (I 60). cf. Diod. I 26 παρ' ἐνίοις τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἐνιαυτοὺς ὄρους καλεῖσθαι καὶ τὰς κατ' ἔτος ἀναγραφὰς ὠρογραφίας προσγορεύεσθαι.

Hippys Rheginus res Graecorum Italicorum atque Sici-
liensium quinque libris exposuit (κτίσιν Ἰταλίας. Σικελικῶν βιβλία ε. Suid.).

De rebus Atticis Amelesagoras Chalcedonius (MUELL. II 21, Dion. Hal. iud. Thuc. 817) et Hellanicus (Thuc. I 97) scripserunt, de Argolicis Hippys (M. II 13), *Κρητικά* Charoni tribuuntur (Suid.). Idem composuit *πρωτάνεις ἢ ἄρχοντας* τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων, ἔστι δὲ *Χρονικά* (Suid.), eiusdem Ἑλληνικά librorum quattuor laudantur, *Hippyis Χρονικά* librorum quinque (M. II 13 sq); Hellanicus opere inscripto »*Sacerdotes Iononis Argivæ*«. universas Graecorum res a mythica aetate exorsus complexus est (I 51 sq, Dion. Hal. Ant. I 72 ὁ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἀργεὶ καὶ τὰ καθ' ἑκάστην πραγθέντα συναγαγών; cf. Thucyd. II 2 ἐπὶ Χρυσίδος ἐν Ἀργεὶ τότε πεντήκοντα δυοῖν δέοντα ἔτη ἱερωμένης).

Damastes narravit de ditissimis, qui inter Graecos existissent (Suid. s. v., cf. A. NAUCK in Philol. V 679). Herodotus IV 152 VII 190 tales memorat.

Αἰγυπτιακά Hellanici novimus (M. I 66 sq, fr. 162 de Amasi regnum usurpante),

Lydorum res ab antiquissimis temporibus usque ad Artaxerxis Persae regnum (Strab. I 49) Xanthus Lydus quattuor libris explicavit (M. I 36 sq.).

Περσικά, i. e. Assyriorum, Medorum, Persarum res et bella Persarum Charon (I 32) et Hellanicus conscripserunt (67 sq.). Thucyd. I 97 οἱ πρὸ ἐμοῦ ἅπαντες ἢ τὰ πρὸ τῶν Μηδικῶν Ἑλληνικά ξυνετίθεσαν ἢ αὐτὰ τὰ Μηδικά.

De Darei regno Dionysius Milesius eius aequalis singulariter quinque librorum opus condidit (Suid.), τὰ κατὰ τὸν Ἡρακλείδην τὸν Μυλασέων βασιλέα, quem Herodotus narrat (V 121) Darei exercitum ad internecionem delevisse, Scylax Caryandensis, aequalis et popularis eius, scripsit (Suid. s. v. Σκολ.); de Themistocle Stesimbrotus Thasius (M. II 52).

Etiam plures eiusmodi libros tum scriptos esse eosque rerum gestarum multo uberiores historiam quam Herodotus continuisse, inde apparet, quod apud scriptores, qui post Herodotum fuerunt, Thucydidem, Platonem, Aristotelem, Strabonem, Diodorum, Plutarchum, Iustinum, Pausaniam, Athenaeum, apud scholiastas, in fragmentis Ephori atque Nicolai Damasceni de Graecorum barbarorumque rebus usque ad Herodoti aetatem gestis non solum multa invenimus narrata, quae apud Herodotum omnino non leguntur, sed etiam eadem, quae ille habet, multo uberius prodita; nam talia ex operibus ante Herodotum conscriptis derivanda esse manifestum est. Cf. Dion. Hal. iud. d. Thuc. p. 817. R. ἀρχαῖοι μὲν οὖν συγγραφεῖς πολλοὶ καὶ κατὰ πολλοὺς τρόπους ἐγένοντο πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, ἐν οἷς ἐστὶν Εὐθέων τε ὁ Σάμιος καὶ Δηίοχος ὁ Προικονήσιος καὶ Εὐδήμος ὁ Πάριος καὶ Δημοκλῆς ὁ Πυγελεύς καὶ Ἐκαταῖος ὁ Μιλήσιος ὅτε Ἀργεῖος Ἀκουσίλαος καὶ ὁ Λαμψακηγὸς Χάρων καὶ ὁ Χαλκηδόνιος Ἀμελησαγόρας. ὀλίγοι δὲ πρεσβύτεροι τῶν Πελοποννησιακῶν καὶ μέχρι τῆς Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας Ἑλλάνικός τε ὁ Λέσβιος καὶ Δαμάστιος ὁ Σιγεὺς καὶ Ξενομήδης ὁ Χῖος καὶ Ξάνθος ὁ Λυδὸς καὶ ἄλλοι συγγοί. Herod. IV 36 γελῶ ὀρέων γῆς περιόδους γράψαντας πολλοὺς ἦδη. Nos duos novimus, Anaximandrum et Hecataeum.

Neque minus quae de terris externis gentibusque, quas ipse non visit, et pleraque quidem occasione data profert, de

Indis, Massagetis, de Caucaso, Araxe fluvio, de Arabia, Aethiopia, de Libyae, Thraciae, Scythiae parte, haec quoque cousestantaneum est non ex nautarum mercatorumque ore fortuito eum accepisse aut exquisivisse, sed ex geographorum libris cognovisse, quales tum fuerunt Hecataeus, ἀνήρ πολυπλανής (Agathem. I 1), qui περίοδον s. περιήγησιν γῆς condidit (MUELL. I 1 sq), Scylax Caryandensis, qui de itinere Darei iussu in Indiam facto commentarium conscripsit (Her. IV 44, Aristot. Polit. VII 14, Anonym. vit. Scyl. Δαρείῳ προσεφώνησε Σκύλαξ τὸ φρόντισμα; Strab. I 43 Θεόπομπος φήσας ὅτι καὶ μύθους ἐν ταῖς ἱστορίαις ἔρεῖ ὡς Ἡρόδοτος καὶ Κτησίας καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ γράψαντες), Dionysius Milesius (οἰκουμένης περιήγησιν Suid.), Charon (περίπλουσιν τῶν ἐκτὸς τῶν Ἑρακλείων στηλῶν, Αἰθιοπικά, Λιβυκά Suid.), Democles Pygelensis (Strab. I 58), Hellanicus (περὶ ἔθνῶν, ἔθνῶν ὀνομασίας, βαρβαρικά νόμιμα, Scythica, τὰ περὶ Λυδῶν MUELL. I 57, 69, 61 fr. 124), Damastes (ἔθνῶν κατάλογον καὶ πόλεις, περὶ ἔθνῶν, περίπλουσιν II 64 sq).

Herod. IV 36 γελῶ ὀρέων γῆς περιόδους γράψαντας πολλούς. II 143 πρότερον Ἐκαταίῳ τῷ λογοποιῷ ἐν Θήβῃσι γενεηλογήσαντι ἑωντόν κ. τ. λ. II 20 Ἑλλήνων τινὲς ἔλεξαν τριψάσις ὁδὸς (de causa inundationis Nili) ἣδ' ἑτέρῃ λέγει ἀπὸ τοῦ Ὀκεανοῦ ῥέοντα αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθαι, τὸν δ' Ὀκεανὸν γῆν πέρι πάσαν ῥέειν. In Hecateum Herodotus invehitur (v. Sch. Ap. Rh. IV 259, Diod. I 37).

Porphyr. ap. Euseb. pr. ev. X 3, 166 B. Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ πολλὰ Ἐκαταίου κατὰ λέξιν μετήνεγκεν ἐκ τῆς περιηγήσεως. Arrian V 6 Αἴγυπτον Ἡρόδοτος τε καὶ Ἐκαταῖος δῶρον τοῦ ποταμοῦ ἀμφοτέροι ὀνομάζουσι (Her. II 5); Herod. II 77 ἀρτοφαγέουσι (Aegyptios dicit) ἐκ τῶν ὀλορέων ποιεῦντες ἄρτους, ἧν δὲ ἐκ κριθῶν πεποιημένῳ διαχρέονται; Athen. X 447 C Ἐκαταῖος εἰπὼν περὶ Αἴγυπτίων ὡς ἀρτοφάγοι εἰσίν, ἐπιφέρει τὰς κριθὰς εἰς πῶμα καταλέουσιν. Strab. XII 550 B τοὺς δὲ Σκύθας Ἀλαζῶνας φάσκοντες ὑπὲρ τὸν Βορυσθένη καὶ Καλλιπίδας καὶ ἄλλα ὀνόματα, ἅπερ Ἑλλάδικός τε καὶ Ἡρόδοτος κατεφλυάρησαν ἡμῶν; cf. Hellan. fr. 92 c. Her. IV 28, 173 — IV 95, 93 — IV 190; II 10 Herodotus memorat regiones circa Ilium et Teuthraniam et Ephesum sitas et Maeandri planitiem antiquitus maris sinum fuisse; apud Strab. I 49 Xanthus refert, se in Armenia, Matiene, Phrygia

inferiore conchas atque alia moris indicia invenisse, quare persuasum se habere, illa loca olim mare fuisse (fr. 3).

Sed supra vidimus Herodotum scriptorem, quem in rebus narrandis secutus sit, unum nominare, attamen multis locis narrationis fontem significare. Sed partim his locis scriptores luculenter respicit, partim quibus locis auctores, ex quorum ore audivit, significat, his locis ipsis sententia, quam de Herodoti fontibus defendendam proposui, comprobatur. Nam cum non solum viderimus, quae apud eum leguntur, pleraque ita comparata esse, ut ex scriptorum libris comperta ei esse necessario statuendum sit, sed etiam a multis scriptoribus talia tum tractata esse: iis locis, ubi rei narratae fontem plane eodem modo significat, quo nos ceteros auctores Graecos et Latinos itemque nostros manifestum est ea meminisse, quae in libro legerant, dubium non est, quin et ipse Herodotus scriptoris cuiusdam narrationem respiciat. Ubi igitur ea tractans, quae non ad sermones cum quibusdam hominibus habitos, sed ad scriptorum libros referenda esse ipsa rerum narratarum natura argumento est, ubi igitur talibus rebus proditis, et quidem fere omnes loci huiusmodi sunt, dicit: nonnullos Graecos narrare, aut in universum nonnullos narrare, nemo negabit, scriptores quosdam intellegendos esse. Ita e. g. ipsum Herodotum respiciens Aristoteles nonnullos narrare dicit. Polit. VI 4. 1290 b. εἰ κατὰ μέγεθος διενέμεντο τὰς ἀρχάς, ὥσπερ ἐν Αἰθιοπία φασὶ τινες. Herod. III 20. οἱ Αἰθίοπες οὕτω τὸν ἄν τῶν ἀστῶν κρῖνωσι μέγιστόν τε εἶναι καὶ κατὰ τὸ μέγαθος ἔχειν τὴν ἰσχὺν, τοῦτον ἀξιούσι βασιλεύειν. His igitur locis ad scriptores quosdam Graecos Herodotus provocat:

I 65 narrat Lyncurgum Delphos profectum a Pythia honorifice appellatum esse. ὡς ἐστίη ἐς τὸ μέγαρον, ἰθὺς ἢ Πυθίῃ λέγει τὰδε. Ἦκεις, ὦ Λυκούργε κ. τ. λ. οἱ μὲν δὲ τινες πρὸς τοῦτοις λέγουσι καὶ φράσαι αὐτῷ τὴν Πυθίην τὸν νῦν κατεστεῶτα κόσμον Σπαρτιήτησι, ὡς δ' αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, Λυκούργον ἐκ Κρήτης ἀγαγέσθαι τὰτα. — V 41. ἡ δὲ ὡς ἔτεκε Δωριέα, ἰθὺς ἴσχει Λεωνίῳ, καὶ μετὰ τοῦτον ἰθὺς ἴσχει Κλεόμβροτον. οἱ δὲ καὶ διδύμους λέγουσι Κλεόμβροτόν τε καὶ Λεωνίῳ γενέσθαι. Auctores intellegendi sunt, qui de Spartanorum rebus scripse-

runt. v. p. 8. Cogitare enim profecto nemo volet, Herodotum praeter Lacedaemonios nonnullos Graecos homines in aliis oppidis adiisse, a quibus de Lycurgo aliquid comperiret (οἱ μὲν δὴ τινες λέγουσι — ὡς δ' αὐτοὶ Λακεδαί μόνιμι λέγουσι) eosque non solum ei rettulisse, Lycurgum leges a Pythia accepisse, sed etiam oraculum illud memoriter recitasse aut ex scriniis deprompisse.

His locis rerum Aegyptiacarum scriptores respicit (v. p. 8, 10):

II 134 Πυραμίδα Μυκερῖνος ἀπελίπετο, τὴν δὴ μετεξέτεροί φασι Ἑλλήνων Ῥοδώτιος ἐταίρης γυναικὸς εἶναι, οὐκ ὀρθῶς λέγοντες.

II 36 Αἰγύπτιοι ἀπ' ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία, τὰς ζεῖας μετεξέτεροι καλέουσι.

II 125 ἐποιήθη ἡ πυραμὶς ἀναβαθμῶν τρόπον, τὰς μετεξέτεροι κρόσσας, οἱ δὲ βωμίδας οὐνομάζουσι.

II 130 ἀρχοῦ τῆς βοῦς ταύτης εἰκόνες τῶν παλλακῶν τῶν Μυκερῖνου ἐστᾶσι, ὡς ἔλεγον οἱ ἐν Σάτῃ πόλι ἱρέες. 131 οἱ δὲ τινες λέγουσι περὶ τῆς βοῦς ταύτης καὶ τῶν κολοσσῶν τόνδε τὸν λόγον ταῦτα δὲ λέγουσι φλυαρέοντες, ὡς ἐγὼ δοκέω. cf. II 175, 181.

I 27 ἐόντων οἱ πάντων ἐτοίμων ἐς τὴν ναυπηγίην, οἱ μὲν Βίαντα λέγουσι τὸν Πριηνέα ἀπικόμενον ἐς Σάρδις, οἱ δὲ Πιττακὸν τὸν Μουτιληναῖον, εἰρομένου Κροίσου, εἴ τι εἶη νεώτερον περὶ τὴν Ἑλλάδα, εἰπόντα τὰδε καταπαῦσαι τὴν ναυπηγίην. Ὁ βασιλεῦ, νησιῶται ἵππον συνωνεῶνται μυρίην κ. τ. λ. Dixerunt scriptores poetarum sapientumque res enarrantes (p. 8).

III 45 οἱ μὲν δὴ λέγουσι τοὺς ἀποπεμφθέντας Σαμίων ὑπὸ Πολυκράτους οὐκ ἀπικέσθαι ἐς Αἴγυπτον, οἱ δὲ λέγουσι ἀπικόμενους ἐς Αἴγυπτον ἐνθεῦεν αὐτοὺς ἀποδρῆναι. εἰσὶ δὲ οἱ λέγουσι τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου νικήσαι Πολυκράτεια, λέγοντες ἐμοὶ δοκέειν οὐκ ὀρθῶς.

III 120 Ὅροίτης ἐπεθύμησε λαβὼν Πολυκράτεια ἀπολέσαι, ὡς μὲν οἱ πλεῖνες λέγουσι, διὰ τριήνδε τινὰ αἰτίην. 121. οἱ δὲ ἐλάσσονες λέγουσι, πέμψαι Ὅροίτην ἐς Σάμον κήρυκα κ. τ. λ. Ad horographos Ionicos Herodotus provocat. V. p. 8.

I 201 τὸ ἔθνος τοῦτο (Massagetas dicit) μέγα λέγεται εἶναι καὶ ἄλκιμον. εἰσὶ δὲ οἷτινες καὶ Σκυθικὸν λέγουσι τοῦτο τὸ ἔθνος εἶναι.

III 111 δοῦν γίνεται τὸ κιννάμωμον, οὐκ ἔχουσι εἰπεῖν, πλὴν ὅτι λόγῳ οὐκ οἰκῶτι χρεόμενοι ἐν τοιοῦτε χωρίοισι φασὶ τινες αὐτὸ φύεσθαι, ἐν τοῖσι ὁ Διόνυσος ἐτράφη.

IV 45 οὐρίσματα τῇ γῇ Νεῖλός τε ἐτέθη καὶ Φᾶσις, οἱ δὲ Τάναϊν ποταμὸν καὶ Πορθμηΐα τὰ κιμμέρια λέγουσι. Geographorum sententias affert (v. p. 10).

I 46 septem oracula enumerat, quae Croesus consuluerit; c. 47 queritur, se ignorare, quid Delphico excepto reliqua sex illi responderint: a nullis enim hominibus narrari. ὅτι μὲν νυν τὰ λοιπὰ τῶν χρηστηρίων ἐθέσπισε, οὐ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν. Nemo cogitabit Herodotum in sex illis oppidis, quae c. 46 enumerat, cives sacerdotesse aut alicubi ullos homines adisse atque omnes deinceps sincere fessos esse, se nescire; sed manifestum est eum dicere, se apud neminem eorum, qui de Croesi rebus scripserint, de illa re quidquam proditum invenisse.

Denique Περσικῶν auctores his locis respicit:

III 33 ἐκ γενετῆς νοῦσον μεγάλην λέγεται ἔχειν ὁ Καμβύσης, τὴν ἱρὴν οὐνομάζουσί τινες.

VII 154 refert Xerxes Argivos adhortatum esse, ne adversus Persas, ipsorum progeniem, hostilia facerent. 151. συμπεσεῖν δὲ τοῦτοισι καὶ τόνδε τὸν λόγον λέγουσὶ τινες Ἑλλήνων, πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον γενόμενον τούτων, κ. τ. λ.

VII 190 ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ νέας οἱ ἐλαχίστας λέγουσι διαφθαρῆναι τετρακοσίων οὐκ ἐλάσσονας.

VII 60 ὅσον μὲν νυν ἕκαστοι παρεῖχον πλήθος ἀριθμὸν (dicit illos quadraginta sex populos, quos Xerxes contra Graecos duxit), οὐκ ἔχω εἶπαι τὸ ἀτρεκές, οὐ γὰρ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν ἀνθρώπων.

IX 81 ὅσα ἐξαιρέτα τοῖσι ἀριστεύουσι ἐν Πλαταιῆσι ἐδόθη, οὐ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν.

Item concedendum est, scriptorum narrationes Herodotum respicere, ubi in universum dicit narrari: λέγεται, λέγουσι, φασί, λόγος ἐστί, λόγος λέγεται; iisdem enim verbis omnes scriptores Graecos, qui ex aliorum libris sua hauserunt, saepissime ad rerum ab ipsis narratarum auctores provocasse nemo nescit; ita Latini dixerunt: dicunt, tradunt, ferunt, dicitur, dicuntur et quae sunt similia, ita nostri scriptores et ipsi historici, dum tota eorum narratio in antiquioris cuiusdam narratione posita est, sescenties scribunt: man sagt, man erzählt, es wird erzählt, darüber wird folgende Geschichte erzählt, da soll er gesagt haben, plerumque, ut et ipse Herodotus, rebus aliquomodo miris et tantum non credibilibus proditis Ecce nonnulla exempla:

I 152 refert Lacedaemonios Cyro Jonibus bellum illaturo nuntiasse, civitati se Graecae iniuriam fieri passuros non esse. I 153 ταῦτα εἰπόντος τοῦ κήρυκος, λέγεται Κῦρον ἐπιείρσθαι, τίνες ἐόντες ἄνθρωποι Λακεδαιμόνιοι ταῦτα ἐσωτῶ προαγορεύουσι; cumque comperisset, respondisse eum, se eos homines non timere, qui in locum in medio oppido situm convenirent et inter se deciperent; sed se effecturum esse, ut Lacedaemonii non alienorum sed suam calamitatem miseraturi essent.

II 30 narrat, cum magna Aegyptiorum pars Psammetichi castris desertis in Aethiopiam decederet, illum eos per mulieres et liberos ut remaneret obsecrasset. τῶν δέ τινα λέγεται δέξαντα τὸ αἰδοῖον εἰπεῖν, ἔνθα ἂν τοῦτο ἦ, ἔσσεσθαι αὐτοῖσι καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας.

III 160 πολλάκις Δαρειὸν λέγεται γνώμην τήνδε ἀποδέξασθαι, se malle Zopyri faciem deformatam non esse, quam viginti Babylonies regno suo addi.

V 105 Δαρείῳ ὡς ἐξηγγέλθη Σάρδις ἀλούσας ἐμπεπρῆσθαι ὑπὸ Ἀθηναίων λέγεται αὐτὸν εἶρσθαι, οἷτινες εἶεν οἱ Ἀθηναῖοι κ. τ. λ.

VI 44 dira tempestate circa Athoem exorta permultas Persarum naves fractas esse λέγεται γὰρ κατὰ τριηκοσίας μὲν τῶν νεῶν τὰς διαφθαρείσας εἶναι.

VII 56 ἐνθαῦτα λέγεται Ξέρξῳ ἤδη διαβεβηκότος τὸν Ἑλλησποντον ἄνδρα εἰπεῖν Ἑλλησπόντιον. ὦ Ζεῦ, τί ἀνδρὶ εἰδόμενος Πέρσῃ κ. τ. λ.

VII 226 Dienece[m] Spartanum illud de umbra dixisse, ταῦτα καὶ ἄλλα τοιοῦτότροπα ἔπεά φασι Διγνέεα λιπέσθαι μνημόσυνα.

IX 82 λέγεται δὲ καὶ τὰ δε γενέσθαι. Pausaniam post pugnam Plataensem et Persicam et Lacedaemoniam coenam apparasse, ut Graeci barbarorum vanitatem perspicerent; item Thucydides in Pausaniae historia (I 95, 128—34) I 132 ὡς λέγεται, ὁ μέλλων τὰς τελευταίας βασιλεῖ ἐπιστολὰς πρὸς Ἀρτάβαζον κομίσιν μνηστῆς γίγνεται; 134 λέγεται δ' αὐτὸν μέλλοντα ξυλληφθῆσεσθαι ἐν τῇ ὁδοῖ, ἐνὸς τῶν ἐφόρων τὸ πρόσωπον προσιόντος ὡς εἶδε, γινῶναι ἐφ' ᾧ ἐχώρει.

VII 20 κατὰ τὰ λεγόμενα τὸν Ἀτρειδέων ἐς Ἴλιον στόλον.

II 145 Διονύσῳ τῷ ἐκ Σεμέλης λεγομένῳ γενέσθαι.

VIII 55 νηὸς Ἐρεχθέος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι.

II 181 τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Λίνδῳ τὸ τῆς Ἀθηναίης λέγεται τὰς τοῦ Δαναοῦ θυγατέρας ἰδρύσασθαι.

V 80 Ἀσώπῳ λέγονται γενέσθαι θυγατέρες Θήβη τε καὶ Αἴγινα.

VII 193 ἔστι χώρος ἐν τῷ κόλπῳ τῆς Μαγνησίας, ἐνθα λέγεται τὸν Ἡρακλέα καταλειφθῆναι ὑπὸ Ἰήσονος κ. τ. λ.

VII 198 ἄλλος ποταμὸς, τῷ οὐνομα κέεται Δύρας, τὸν βοηθέοντα τῷ Ἡρακλεῖ λόγος ἔστι ἀναφανῆναι.

VII 170 λέγεται Μίνων κατὰ ξήτησιν Δαιδάλου ἀπικόμενον ἐς Σικανίην ἀποθανεῖν κ. τ. λ.

III 116 πρὸς ἄκρου τῆς Εὐρώπης πλεῖστος χρυσὸς φαίνεται ἐὼν. ὅκιοι μὲν γινόμενοι, οὐκ ἔχω τοῦτο ἀτρεκέως εἶπαι, λέγεται γὰρ ὑπὲρ τῶν γρυπῶν ἀρπάζειν Ἀριμασποὺς ἄνδρας μονοφθαλμοὺς.

IV 13 ἔφη Ἀριστέης Ἰσσηδόνων ὑπερρικέειν Ἀριμασποὺς ἄ. μ. ὑπὲρ δὲ τούτων τοὺς χρυσοφόλακας γρύπας.

III 17 τὴν ἐν τούτοις τοῖσι Αἰθίοψι λεγομένην εἶναι ἡλίου τράπεζαν, 18 ἡ τράπεζα τοῦ ἡλίου τοιήδε τις λέγεται εἶναι, 20 οἱ Αἰθίοπες οὗτοι λέγονται εἶναι μέγιστοι καὶ κάλλιστοι ἀνθρώπων

νόμοισι καὶ ἄλλοισι χρᾶσθαι αὐτοὺς φασὶ κεχωρισμένοισι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὴν βασιληίην τοιῶδες; ad homines enim maximi corporis regiam dignitatem eos deferre.

Idem usus apud Herodotum vocabuli πυνθάνομαι:

I 214 dicit pugnam inter Cyrum et Massagetas commissam omnium, quas barbari inter se commiserint, suo iudicio cruentissimam esse καὶ δὴ καὶ πυνθάνομαι οὕτω τοῦτο γενόμενον. πρῶτα λέγεται αὐτοὺς διαστάντας ἐς ἀλλήλους τοξεύειν κ. τ. λ.

I 169 narrat Iones proelio a Persis devictos esse. 170 κεκαχωμένων δὲ Ἴωνων καὶ συλληγομένων οὐδὲν ἔσσαν ἐς τὸ Πανιώνιον, πυνθάνομαι γνώμην Βίαντα ἀποδέξασθαι Ἴωσι χρησιμωτάτην; eum enim suasisse ut in Sardiniam maximam omnium insulam migrarent ibique unam universi civitatem constituerent, quo facto neque Persis servituri et aliis imperaturi essent.

VIII 35 πάντα δ' ἡπίστατο τὰ ἐν τῷ ἱρῷ ἕσα λόγου ἦν ἄξια Ἐέρξης, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἄμεινον ἢ τὰ ἐν τοῖσι οἰκίοισι ἔλιπε, καὶ μάλιστα τὰ Κροίσου.

VIII 38 ἔλεγον δὲ οἱ ἀπονοστήσαντες οὗτοι τῶν βαρβάρων (agit de Persarum expeditione ad sacrum Delphicum diripiendum facta) ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ὡς πρὸς τούτοις καὶ ἄλλα ἔωρον θεῖα. δύο γὰρ ὀπίστας μέζοντας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν ἔχοντας ἐπεσθαί σφι κτείνοντας καὶ διώκοντας.

I 19 sq. narrat Alyattem cum Milesiis bellum gerentem praeconem Miletum misisse, ut indutiae cum iis fierent, dum Assessiae Minervae templum, ab ipsius militibus combustum, quod a Pythia restituere iussus esset, aedificaretur; Thrasybulum autem, Milesiorum tyrannum, omni frumento, quod in urbe esset, in forum collato Milesios signo dato bibere, epulari, iocari iussisse; quae cum praecō vidisset et regi rettulisset, Alyattem, qui Milesios extrema inopia premi arbitratus esset, eo nuntio commotum cum iis pacem fecisse. ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, δι' οὐδὲν ἄλλο ἐγένετο ἢ διαλλαγῆ.

I 196 de miro illo modo virginum collocandarum refert, quo antiquitus Babylonii usi sint. ὁ μὲν σοφώτατος νόμος ὕδου, τῷ καὶ Ἰλλυριῶν Ἐνετοὺς πυνθάνομαι χρᾶσθαι.

Cf. Paus. I 20, 7 Σύλλα ὕστερον ἐνέπεσεν ἡ νόσος, ἥ καὶ τὸν Σύριον Φερεκύδην ἀλῶναι πυνθάνομαι; VIII 50, 3 τοῦτο ἐς Θεμιστοκλέα ἄλλο ἐν Ὀλυμπίᾳ πυνθάνομαι συμβῆναι.

At multis locis, Herodotus nominat, quos sciscitatus sit et a quibus audiverit, atque in universum Graecos, Athenienses, Lacedaemonios, Aegyptios, Persas, Lydos, multas alias civitates Graecas gentesque barbaras narravisse aliquid aut narrare dicit.

Sed primum compluribus locis dubium esse non potest, quin, quod ipse cogitavit, eos, ad quos res spectabat, id cogitasse aut cogitare finxerit.

I 103 sq narrat Scythas in Asiam invasione facta Medos devicisse et Asiae imperium usurpasse; 105, cum contra Aegyptum profecti Psammetichi donis commoti redirent, nonnullos Ascalone remansisse et Veneris Uraniae templum diripuisse; eos et qui ex iis prognati essent, morbo, qui femineus dicatur, affectos esse. τοῖσι σολήσασι τὸ ἱρὸν ἐνέσκηψε ἡ θεὸς θήλειαν νοῦσον. ὥστε ἅμα λέγουσι τε οἱ Σκύθαι διὰ τοῦτό σφεας νοσέειν, καὶ ὄρᾳ παρ' ἐωυτοῖσι τοὺς ἀπικνεομένους ἐς τὴν Σκυθικὴν χώραν ὡς διακέαται, τοὺς καλέουσι ἐναρέας οἱ Σκύθαι. Ponticos Scythas, quos in Asiam non invasisse inter viros doctos constat (DUNCKER 4, 332), Herodoto de Asiae imperio, quod olim habuissent et de expeditione in Syriam facta in sermone retulisse, ne cogitari quidem potest. Sed Herodotus compererat eos barbaros, qui aliquamdiu Asiae partem dicioni suae subiectam tenuerant, Ascalonem diripuisse; idem sciebat Scythas illo morbo laborare (hoc et ipse Hippocrates π. ἀέρ. 22 memorat); itaque, cum ipse quidem persuasum haberet Scythas antiquitus Asiam expugnasse, sumpsit eos propter scelus in Venerem commissum illo malo affectos esse atque hanc opinionem iis affinxit.

VI 75 narrat Cleomenem, cum in insaniam incidisset, ipsum sibi mortem conscivisse, ut plurimi Graeci dicant (ὡς μὲν οἱ πολλοὶ λέγουσιν Ἑλλήνων), quia Pythiam mercede corrupisset, ut Demaratum Aristonis filium esse negaret, ut Athenienses dicant (ὡς δὲ Ἀθηναῖοι λέγουσι), quia agrum Eleusinium vastasset, ut Argivi (ὡς δὲ Ἀργεῖοι), quia eos Argivos, qui ex clade a Lacedaemoniis accepta aufugerant, Argo luco incenso combussisset.

Herodotum Athenienses, Argivos, multos praeterea in aliis oppidis Graecos adiisse et interrogasse, qua de causa Cleomenes mente alienatus esset, nemo cogitabit; sed cum Cleomenis scelera mente perlustraret, propter quae putare quis posset deorum numen ad insaniam eum adegisse, Athenienses et Argivos, quod ad quosque pertinebat, proferentes fecit; cum autem praeterea Cleomenem in sacrum Delphicum, commune illud quidem omnium Graecorum, scelus commisisse sciret, praeter illos reliquis Graecis universis sententiam de illo tribuit.

III 47 refert Lacedaemonios, ut Samii dicant (ὡς μὲν Σάμιοι λέγουσι), Samum expeditionem fecisse, ut a Polycrate ipsos liberarent, gratiam relaturi; quod bello Messenio navibus eos adiuvissent, ut vero Lacedaemonii dicant, a Samiis poenas repetituros, quod craterem, quem ipsi Croeso misissent et thoracem ab Amasi ipsis missum Samii abstulissent. — IV 1 dicit Dareum contra Scythas expeditionem fecisse, ut poena eos afficeret, quod antea Medos pugna devictos suae ditioni subiecissent. Hanc Persarum opinionem fuisse Herodotumve ab eorum quibusdam audivisse nemo putabit; sed Herodotus ipse duas illas res ita coniunxit, ut altera ex altera effecta esse videretur (cf. III 58 ubi refert eos Samios, qui a Polycrate Cambysi proditi eum effugerant et Cydoniam obtinuerant, ab Aeginetis et Oretensibus devictos in servitutem redactos esse. ταῦτα δὲ ἐποίησαν ἔγκοπον ἔχοντες Σάμιοι Αἰγινῆται; nam Samios antea rege Amphirate in Aeginam invasisse. ἡ μὲν αἰτία αὐτῆ). Ita, cum ante bellum a Lacedaemoniis cum Polycrate gestum illi a Samiis iniuria affecti essent, cogitari posse Herodoto videbatur, huius iniuriae ulciscendae causa Lacedaemonios illis bellum intulisse; sed idem Herodotus, ut historicus antiquarum rerum peritissimus, sciebat antiquitus Samios beneficium in Lacedaemonios contulisse; cogitare igitur id quoque licuit, gratiam Lacedaemonios rettulisse expeditione contra tyrannum facta; atque ita illud Lacedaemonios, hoc Samios, ut aptum hominibus patriae gloriae defendendae cupidis, narrare finxit.

VIII 129 narrat Persas Artabazo duce Potidaeam obsidentes ingenti maris fluctu oppressos plerosque submersos esse. αὐτον δὲ λέγουσι Ποτιδαῖται τοῦ Περσικοῦ πάθεος γενέσθαι τότε, ὅτι τοῦ Ποσειδέωνος ἐς τὸν νηὸν ἠσέβησαν οὗτοι τῶν Περσέων, ὅπερ

καὶ διεφθάρησαν ὑπὸ τῆς θαλάσσης. Neque Scythae Herodoto narrarunt propter direptum ab ipsis Veneris Ascaloniae templum in morbum femineum ipsos incidisse, neque illud Potidaeatae.

V 42—46 refert Dorieum Spartanum ab oraculo Delphico ad regionem Erycinam obtinendam missum ibi misere interiisse; V 44 Sybaritas dicit narrare Dorieum Crotoniatas in bello cum ipsis gesto adiuvisse (quod illi negant). 45 μαρτύρια δὲ τούτων ἐκάτεροι ἀποδεικνύουσι, Συβαρίται . . . αὐτοῦ Δωριέος τὸν θάνατον μαρτύριον μέγιστον ποιεῦνται, ὅτι παρὰ τὰ μεμαντευμένα ποιῶν διεφθάρη. εἰγάρ δὴ μὴ παρέπρηξε μηδὲν, ἐπ' ὃ δὲ ἐστάλη ἐποίησε, εἶλε ἂν τὴν Ἐρυκίην χώραν οὐτ' ἂν αὐτὸς τε καὶ ἡ στρατιὴ διεφθάρη. Non audivit hoc ab illis Sybaritis Herodotus, οἱ Λάον τε καὶ Σκιδρόν οἴκειον τῆς πόλιος ἀπεστερημένοι (VI 21), sed ei ipsi Doriei interitus et auxilium, quod Crotoniatas adversus Sybaritas tulit, si modo tulit, ita inter se coniungi posse visa sunt.

Ita dicit Aegyptios narrare Cambysen propterea mente captum esse, quia Apim trucidasset (III 30).

Ita, quam ipse de calamitate, qua Lacedaemonii affecti sunt, opinionem animo concepit, hanc illos habuisse finxit: VII 133 sq narrat Athenienses et Lacedaemonios Darei praecones interfecisse; propter quod scelus cum Talthybius heros Lacedaemoniis iras ceretur, Sperthiam et Bulidem, ut pro illorum nece poenam darent, Susa profectos a Xerxe incolumes dimissos esse. 137 οὕτω ἡ Ταλθυβίου μῆνις ἐπαύσατο τὸ παραυτίκα, καίπερ ἀπονοσησάντων ἐς Σπάρτην Σπερθιῶ τε καὶ Βούλιος. χρόνῳ δὲ μετέπετεν πολλῶ ἐπηγέρθη κατὰ τὸν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων πόλεμον, ὡς λέγουσι Λακεδαιμόνιοι. τοῦτό μοι ἐν τοῖσι θεϊότατον φαίνεται γενέσθαι. ὅτι μὲν γὰρ κατέσκηψε ἐς ἀγγέλους ἡ Ταλθυβίου μῆνις οὐδὲ ἐπαύσατο, πρὶν ἢ ἐξῆλθε, τὸ δίκαιον οὕτω ἔφερε, τὸ δὲ συμπεσεῖν ἐς τοὺς παῖδας τῶν ἀνδρῶν τούτων τῶν ἀναβάντων πρὸς βασιλέα διὰ τὴν μῆνιν, δῆλόν μοι, ὅτι θεῖον ἐγένετο τὸ πρῆγμα ἐκ τῆς μῆνις; Bulidis enim filium Nicolaum et Aneristum Sperthiae, cum in Asiam legati mitterentur, ab Atheniensibus captos supplicio affectos esse. Cf. 133 ὅτι τοῖσι Ἀθηναίοισι ταῦτα ποιήσασι τοὺς κήρυκας συνήνευκε ἀνεθέλητον γενέσθαι, οὐκ ἔχω εἶπαι, πλὴν ὅτι σφέων ἡ χώρα καὶ ἡ πόλις ἐδηλώθη.

In operis prooemio dicit Persarum viros doctos narrare, mercatores Phoenicios Io dolo raptam Argis in Aegyptum avexisse. I I Πέρσεων οἱ λόγοι Φοίνικας αἰτίους φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς. τούτους γάρ... 2. οὕτω μὲν Ἰοῦν ἐς Αἴγυπτον ἀπικέσθαι λέγουσι Πέρσαι, οὐκ ὡς Ἕλληνας; quo facto nonnullos Graecos, quorum nomina ignorent, Europam, Tyriorum regis filiam, rapuisse; sed Persas conicere, Cretenses fuisse. ταῦτα μὲν δὴ ἴσα σφι πρὸς ἴσα γενέσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα Ἕλληνας αἰτίους τῆς δευτέρας ἀδικίης γενέσθαι; nam longa navi in Aeam Colchidem ad Phasidem fluvium vectos ἐνθεῦτεν διαπρηξάμενους καὶ τὰλλα τῶν εἴνεκεν ἀπικάτο, regis filiam Medeam abstulisse; deinde Alexandrum, Priami filium, in Graeciam profectum Helenam secum abduxisse, de qua re cum Graeci apud Troianos quererentur, illos Medeam raptam iis obiecisse. 4 μέχρι τούτου ἀρπαγὰς μούνας εἶναι παρ' ἀλλήλων, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου Ἕλληνας μεγάλως αἰτίους γενέσθαι. προτέρους γὰρ ἄρξαι στρατεύεσθαι ἐς τὴν Ἀσίην ἢ σφέας ἐς τὴν Εὐρώπην... σφέας τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίης λέγουσι Πέρσαι ἀρπαζομένων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι, Ἕλληνας δὲ Λακεδαιμονίης εἴνεκεν γυναικὸς στόλον μέγαν συναγεῖραι. ἀπὸ τούτου αἰεὶ ἡγήσασθαι τὸ Ἕλληνικὸν σφίσι εἶναι πολέμιον. τὴν γὰρ Ἀσίην καὶ τὰ ἐνοικέοντα ἔθνεα βάρβαρα οἰκισθῆναι οἱ Πέρσαι. 5. οὕτω Πέρσαι λέγουσι γενέσθαι, καὶ διὰ τὴν Ἰλίου ἄλωσιν εὐρίσκουσι σφίσι ἐοῦσαν τὴν ἀρχὴν τῆς ἔχθρης ἐς τοὺς Ἕλληνας. Haec propter illud Πέρσαι λέγουσι a Persis nonnullis, quos convenerit, cum per Asiam ad materiam colligendam iter faceret, audivisse Herodotum viri docti sumunt (MATZAT Herm. VI 452, STEIN I p. 29, NITZSCH p. 231, 37, BAUER, Entsteh. herod. Geschw. p. 138: »Perser haben es ihm erzählt«, p. 39: »nach persischer Quelle«); sed quis serio cogitabit Persas tam docte eruditos fuisse litterarumque Graecarum studio tam diligenter se dedisse, ut non solum fabulas a poetis Graecis proditas accuratissime novissent, sed etiam in poetarum narrationes inquirerent easque ita interpolarent, ut veri similes esse viderentur? Sed Persarum docti illi ficti sunt, quemadmodum Scythae, Athenienses, Argivi, Graecorum plurimi, Lacedaemonii, Samii, Potidaeatae, Sybaritae, Aegyptii, de quibus vidimus. Herodotus quaerens, num belli, quod Persae Graecis intulerunt, antiquae causae intellegi possent, fabulas de Io, Europa, Medea, bello

Troico, immutatas quidem aliquid ad rerum gestarum speciem, ita inter se coniungi posse vidit, ut inde Graeci gentibus Asiae priores iniuriam intulisse et Persae, quippe qui totius Asiae imperium tenerent, ad iniuriam illam ulciscendam expeditionem in Graeciam Xerxe duce fecisse viderentur; huius autem sententiae more suo Persas ipsos auctores esse finxit.

II 113 dicit sacerdotes Aegyptios sibi de Helena quaestionem instituenti narravisse, eam cum Alexandro tempestate in ostium Canobicum delatam esse; Proteum autem, Aegypti regem, de illius scelere edoctum, eum ex Aegypto cedere iussisse, Helenam vero et opes, quas ille ex Menelai regia abstulisset, retinuisse, dum ille ea repetiturus esset. 113 ἔλεγον μοι οἱ ἱερεῖς ἱστοροῦντι τὰ περὶ Ἑλένην γενέσθαι ὧδε... 116 Ἑλένης μὲν ταύτην ἄπιζιν παρὰ Πρωτέα ἔλεγον οἱ ἱερεῖς γενέσθαι. 118 εἰρομένου δέ μευ τοὺς ἱερεῖς εἰ μάταιον λόγον λέγουσι οἱ Ἕλληνες τὰ περὶ Ἴλιον γενέσθαι ἢ οὐ, ἔφασαν τάδε, ἱστορήσι φάμενοι εἰδέναι παρ' αὐτοῦ Μενέλαω. Refert illos narravisse, post Helenae raptum magnum Graecorum exercitum in agrum Troianum invasisse, et legatos, in quibus Menelaum, illam et opes, quas Alexander rapuisset, a Troianis repetivisse; qui cum negassent, se illas habere, sed Aegyptium Proteum tenere, Graecos, Troianos ipsis illudere ratos, urbem oppugnasse et cepisse; sed cum Helenam non repperissent et tum Troianis fidem haberent, Menelaum ad Protea misisse; eum Helenam et dona praeterea recepisse, cum vero adversis ventis prohibitus duas infantes indigenas mactasset, Aegyptios timentem fugisse et in Libyam se convertisse. ᾤχετο φεύγων τῆσι νηυσὶ ἐπὶ Λιβύης. τὸ ἐνθεῦτεν δὲ ὄκου ἐτράπετο, οὐκέτι εἶχον εἰπεῖν Αἰγύπτιοι. τούτων δὲ τὰ μὲν ἱστορήσι ἔφασαν ἐπίστασθαι, τὰ δὲ παρ' ἑωυτοῖσι γενόμενα ἀτρεκέως ἐπιστάμενοι λέγειν. 120 ταῦτα μὲν Αἰγυπτίων οἱ ἱερεῖς ἔλεγον, ἐγὼ δὲ τῷ λόγῳ τῷ περὶ Ἑλένης λεχθέντι καὶ αὐτὸς προστίθεμαι; si enim revera Alexander Helenam secum duxisset, dubium non esse, quin Troiani Graecis eam reddituri fuerint, nam Priamum eiusque propinquos tam dementes non futuros fuisse, ut extrema mala paterentur et Troianos in summum discrimen adducerent, modo Alexander cum Helena cubaret; etiamsi aliquamdiu obsidionis molestias tulissent, certe Priamum, cum iam multi Troianorum et ex ipsius

filiis interfecti essent, εἰ γὰρ τι τοῖσι ἐποποιῶσι χρεόμενον λέγειν, eam redditurum et ne ita quidem retenturum fuisse, ut ipse cum ea concumberet; praeterea non Alexandrum, sed Hectora regni heredem fuisse; eum vero credi non posse fratri, tantae calamitatis auctori, regno cedere voluisse; quae omnia demonstrant, Helenam apud Troianos versatam non esse . . . ἀλλ' οὐ γὰρ εἶχον Ἑλένην ἀποδοῦναι οὐδὲ λέγουσι αὐτοῖσι τὴν ἀλήθειαν ἐπίστευον οἱ Ἕλληνες, ὡς μὲν ἐγὼ γνώμην ἀποφαίνομαι, τοῦ δαιμονίου παρασκευάζοντος, ὅπως πανωλεθρῆν ἀπολόμενοι καταφανὲς τοῦτο τοῖσι ἀνθρώποισι ποιήσωσι, ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαί εἰσι καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τῶν θεῶν. — Revera illud a sacerdotibus Aegyptiis audivisse Herodotum putabimus? Sed omnia, quae narrat, ante eum poetae Graeci, in quibus Stesichorus Himeraeus, finxerant, Helenam, dum Graeci Troiam obsiderent, in Aegypto versatam post Troiae exscidium a Menelao inde reductam esse (Stesich. ap. Plat. rep. IX 10, 586, Hecat. fr. 288 (Ἑλένιος τόπος περὶ τῷ Κανώβῳ), 318, 267; Herod. IV 169 ἡ Πλατέα νῆσος ἐπικέεται, τὴν ἔκτισαν Κορηναῖοι, καὶ ἐν τῇ ἡπειρῷ Μενελάϊος λιμὴν ἐστὶ). Hoc accepit Herodotus, cum Homeri narratio, propter unam mulierem Troianos per decem annos belli et obsidionis molestias patienter tulisse; modo ne raptam Helenam proderent, puerile et ridiculum commentum ei videretur esse. Sed Stesichorus finxerat imaginem Helenae Alexandrum Troiam secum ex Aegypto duxisse et de ea Graecos et Troianos bellum inter se gessisse; Herodotus autem sumpsit Troiam a Graecis oppugnatam et captam deletamque esse, nam id in dubium non vocavit, etsi illi Helenam et Menelai opes non tenerent; nam numen divinum putavit, ut Troiani scelerum antea commissorum poenam darent ipsorum interitu, effecisse, ut Graeci affirmantibus se Helenam non habere, fidem non tribuerent, sed in urbe oppugnanda et bello iis inferendo perseverarent, dum Troiam expugnassent. Suo autem Marte divinum vatem corrigere cum summae temeritatis Herodoto videretur, finxit aliorum et barbarorum quidem doctissimorum narrationem sibi probatam esse.

Item quod de origine oraculi Dodonaei atque Ammonii ipse cogitavit, non duas nigras columbas ex Libya advolantes, ut Dodonaei putabant, sed duas mulieres Aegyptias Jovis Thebani

sacras inde a Phoenicibus raptas et in Libyam alteram, in Graeciam alteram venditas oracula condidisse persuasum habens, quod Gutschmidius cum Euhemeri figmentis comparat (>der. Aeg. scriptor. ante Al. M. Philol. X 649), hoc finxit se Thebis a Jovis sacerdotibus audivisse (II 54—57).

Ita traditum erat Colchos a Sesostris militibus ortos esse, qui per Asiam cum eo profecti ad Phasidem fluvium consedisent, et Herodotus ipse id persuasum habebat, dicens iam antequam ab aliis comperisset, ipsum se id suspicatum esse, cum Colchi et Aegyptii pluribus rebus inter se consentirent, fingit autem, se utrosque sciscitatum esse eosque id comprobasse; nam cum Colchis Herodotum colloquium habuisse et hos barbaros de Sesostri atque de Aegyptia gentis suae origine apud eum verba fecisse, defendere nemo volet. 103 ἐπεὶ τε ἐγένετο ἐπὶ Φάσι, οὐκ ἔχω τὸ ἐνθεῦτεν ἀτρεκέως εἰπεῖν, εἴτε αὐτὸς Σέσωστρις κατέλιπε 104 φαίνονται μὲν γὰρ ἔόντες οἱ Κόλχοι Αἰγύπτιοι νοήσας δὲ πρότερον αὐτὸς ἢ ἀκούσας ἄλλων λέγω. ὡς δὲ μοι ἐν φροντῖδι ἐγένετο, εἰρόμην ἀμφοτέρους, καὶ μᾶλλον οἱ Κόλχοι ἐμεμνέατο τῶν Αἰγυπτίων ἢ οἱ Αἰγύπτιοι τῶν Κόλχων. νομίζειν δ' ἔφασαν Αἰγύπτιοι τῆς Σεσώστριος στρατιῆς εἶναι τοὺς Κόλχους. αὐτὸς δὲ εἶκασα τῆδε . . . ἀλλὰ τοισίδε καὶ μᾶλλον 105 καὶ ἄλλο εἶπω περὶ τῶν Κόλχων ὅτι Αἰγυπτίοισι προσφερέες εἰσὶ Item Phoenices et Syrios Palaestinenses ipsos concedere dicit, morem genitalium circumcidendorum ab Aegyptiis se didicisse, itemque Cappadoces et Macrones se a Colchis, II 104 . . . ἀλλὰ τοισίδε καὶ μᾶλλον ὅτι μόνου πάντων ἀνθρώπων Κόλχοι καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες περιτάμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα. Φοίνικες δὲ καὶ Σύριοι οἱ ἐν Παλαιστίνῃ καὶ αὐτοὶ ὁμολογεῖουσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι, Σύριοι δὲ περὶ Θερμῶδοντα καὶ Παρθένιον ποταμὸν καὶ Μάκρωνες οἱ τούτοισι ἀστυγείτορες ἀπὸ Κόλχων φασὶ νεωστὶ μεμαθηκέναι; sed manifestum est Herodotum has quoque quatuor gentes sciscitatum non esse, sed id quod narrare eos dicit, ipsum sumpsisse: ὡς δ' ἐπιμισγόμενοι Αἰγύπτῳ ἐξέμαθον, μέγα μοι καὶ τότε τεκμήριον γίνεται. Φοινίκων ὀκόσοι τῇ Ἑλλάδι ἐπιμισγόνται, οὐκέτι Αἰγυπτίους μιμέονται κατὰ τὰ αἰδοῖα Ex hac re concludi poterat, Phoenices morem illum ab aliis didicisse; Herodotus autem, hoc cum dicendum esset, eos id concedere dixit.

Ita Herodotus ipse sumpsit omnium deorum cultum ab Aegyptiis ad Graecos venisse praeter Junonis, Vestae, Themidis, Charitum, Neptuni, Dioscurorum, nimirum quia non erant in deorum Aegyptiorum numero, quibus cum illi comparari possent, dicit autem, Aegyptios hoc putare et dicere, se illorum nomina ignorare. II 50 σχεδὸν πάντων τῶν θεῶν τὰ οὐνόματα ἐξ Αἰγύπτου ἐπήλυθε ἐς τὴν Ἑλλάδα, διότι μὲν γὰρ ἐκ τῶν βαρβάρων ἦκει, πόνθανόμενος οὕτω εὐρίσκω ἐόν. δοκέω ἂν μάλιστα ἀπ' Αἰγύπτου ἀπῆχθαι. ἔτι γὰρ δὴ μὴ Ποσειδέωνος καὶ Διοσκούρων καὶ Ἥρης καὶ Ἰστίης καὶ Θέμιος καὶ χαρίτων καὶ Νηρηίδων, τῶν ἄλλων θεῶν Αἰγυπτίοισι αἰεὶ κοτε τὰ οὐνόματα ἔστι ἐν τῇ χώρῃ. λέγω δὴ τὰ λέγουσι αὐτοὶ Αἰγύπτιοι. τῶν δὲ οὐ φασὶ θεῶν γινώσκειν τὰ οὐνόματα, οὗτοι δὲ μοι δοκέουσι ὑπὸ Πελασγῶν οὐνομασθῆναι... Item II 43 cum dicendum esset neminem ex diis Aegyptiis cum Graecorum Hercule comparari posse, se de eo in Aegypto nusquam audivisse dicit: τοῦ ἐτέρου περὶ Ἡρακλέος, τὸν Ἕλληνας οἶδασι, οὐδαμῇ Αἰγύπτου ἐδονάσθητι ἀκοῦσαι; at de Helena et bello Troiano ab iis audivit!

Ita denique V 45, cum antea Dorieum Crotoniatas in Sybaride delenda adiuvisse Sybaritas contendere, Crotoniatas negare dixisset, quod ad utramque narrationem probandam proferri posse ipse sciebat, hoc illos narrare et ostendere finxit. μαρτύρια ἑκάτεροι ἀποδεικνύουσι τάδε, Συβαρίται μὲν τέμενός τε καὶ νηὸν ἔοντα παρὰ τὸν ξηρὸν Κραῖθιν, τὸν ἰδρῶσασθαι συνελόντα τὴν πόλιν Δωριέα λέγουσι. Ipse id templum vidit et fama acceperat a Dorieo aedificatum esse. τοῦτο δὲ αὐτοῦ Δωριέος τὸν θάνατον μαρτύριον μέγιστον ποιεῖνται κ. τ. λ. v. p. 19 οἱ δ' αὖ Κροτωνιῆται ἀποδεικνύουσι Καλλίην μὲν τῷ Ἡλείῳ ἐξαιρετα ἐν γῆ τῇ Κροτωνιήτιδι πολλὰ δοθέντα, τὰ καὶ ἐς ἐμὲ ἐνέμοντο οἱ Καλλίῳ ἀπόγονοι, Δωριεῖ δὲ καὶ τοῖσι Δωριέος ἀπογόνοισι οὐδέν. καίτοι εἰ συνεπελάβετό γε τοῦ Συβαριτικοῦ πολέμου Δωριεὺς, δοθῆναι ἂν οἱ πολλαπλάσια ἢ Καλλίῃ. cf. 44 Κροτωνιῆται οὐδένα σφίσι φασὶ ξεῖνον προσεπιλαβῆσθαι τοῦ πολέμου, εἰ μὴ Καλλίην. Luce clarius apparet, Herodotum ipsum sagaciter vidisse, id ex rebus ipsis concludi posse.

Haec mira videbuntur et a vulgata opinione de simplici patre historiae discrepant; sed ille quam non simplex fuerit, his

quoque locis cernitur. I 53 Herodotus refert Croesum, cum oraculum petiisset de bello contra Persas gerendo, responsum tulisse, si bellum iis intulisset, magnum regnum eversum iri, potentissimos autem Graecorum exploraret et societate sibi coniungeret. 56 μετὰ ταῦτα ἐφρόντιζε ἰστορέων, τοὺς ἂν Ἑλλήνων δυνατωτάτους ἐόντας προσκίτῃσαιτο φίλους, . . . εὔρισκε Λακεδαιμονίους καὶ Ἀθηναίους προέχοντας. 59 τούτων τῶν ἐθνέων τὸ μὲν Ἀττικὸν κατεχόμενόν τε καὶ διεσπασμένον ἐπυνθάνετο ὁ Κροῖσος ὑπὸ Πεισιστράτου. 59—64 narrat, quomodo Pisistratus Atheniensium dominationem usurpaverit: 65 τοὺς μὲν νυν Ἀθηναίους τοιαῦτα τὸν χρόνον τοῦτον ἐπυνθάνετο ὁ Κροῖσος κατέχοντα, τοὺς δὲ Λάκεδαιμονίους. . . . 65 de Lycurgo refert, 66—68 de bello inter Lacedaemonios et Tegeatas gesto et de Lichae Spartani dolo, qui effecit, ut illi superiores excederent: 69 ταῦτα δὲ ὧν πάντα πυνθανόμενος ὁ Κροῖσος ἔπαμπε ἐς Σπάρτην ἀγγέλους κ. τ. λ. Croesum de Atheniensium Lacedaemoniorumque rebus quaestionem instituisse e suo posuit Herodotus, ut de Pisistrato et Lycurgo et Licha narrare posset. Nam haec per degressionem et a Croesi rerum narratione separata proferre scriptor elegantissimus contempsit, quare, quae ipse narrat, haec omnia Croeso nuntiata esse finxit. — Idem Herodotus, ut occasionem nancisceretur viae regiae ab oppido Epheso ad Susa ducentis illustrandae, finxit Aristagoram, apud Cleomenem de expeditione in Asiam facienda disserentem, in animo habuisse, de via illa loqui: V 50 εἶρετο ὁ Κλεομένης ὑπόσων ἡμερέων ἀπὸ θαλάσσης τῆς Ἰώνων ὁδὸς εἴη παρὰ βασιλέα. ὁ δὲ Ἀρισταγ. λέγει τριῶν μηνῶν εἶναι τὴν ἀνοδὸν. ὁ δὲ ὑπαρπάσας τὸν ἐπίλοιπον λόγον, τὸν ὁ Ἀρισταγόρης ὤρμητο λέγειν περὶ τῆς ὁδοῦ. . . 51 καὶ ὁ Ἀρισταγ. ἀπαλλάσσετο ἐκ τῆς Σπάρτης, οὐδέ οἱ ἐξεγένετο ἐπὶ πλέον ἔτι σημῆναι περὶ τῆς ἀνοδοῦ τῆς παρὰ βασιλέα. 52 ἔχει γὰρ ἀμφὶ τῇ ὁδῷ ταύτῃ ᾗδε. . . . — Ita nemo putabit Corinthios propterea Lacedaemonios Samiis bellum inferentes acerrimo studio secutos esse, ut Samios ulciscerentur, quod tertia aetate ante nobilium Corcyraeorum liberos trecentos liberassent, quos Periander, poenam ab illis pro Lycophronis filii nece sumpturus, Sardes ad Alyattem mitteret. III 48 συνεπελάβοντο τοῦ στρατεύματος καὶ Κορινθίοι προθύμως. ὕβρισμα γὰρ καὶ ἐς τοὺτους εἶχε ἐκ τῶν Σαμίων γενόμενον κ. τ. λ. εἰμέν νυν Περιάνδρου τελευτήσαντος τοῖσι Κορινθίοσι φίλα ἦν πρὸς τοὺς Κερκυραίους, οἱ δὲ οὐκ ἂν

συνελάβοντο τοῦ στρατεύματος ταύτης εἵνεκεν τῆς αἰτίας. νῦν δὲ αἰεὶ ἐπεὶ τε ἔκτισαν τὴν νῆσον, εἰσὶ διάφοροι. τούτων ὧν εἵνεκεν ἀπεμνησικάκουν τοῖσι Σαμίοισι οἱ Κορίνθιοι. Sed cum Herodotus in sequentibus oratione artis plena de inimicitiiis referat, quas Lycophron in Periandrum propter Melissaе matris necem exercuerit, quibus factum est, ut Corcyram in exsilium a patre mitteretur, apparet eum causam illam finxisse, ut de Periandro et Lycophrone apte narrare posset.

Nunc hoc locos consideremus:

IV 103 narrat, quomodo Tauri peregrinos ad eorum litus delatos virgineae deae immolent: τὴν δὲ δαίμονα ταύτην, τῇ θύουσι, λέγουσι αὐτοὶ Ταῦροι Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος εἶναι.

IV 191 Ἀδσέων ἔχονται ἀροτῆρες Λίβυες, τοῖσι οὖνομα κέεται Μάξυες. φασὶ δὲ οὗτοι εἶναι τῶν ἐκ Τροίης ἀνδρῶν.

VII 62 (ubi gentes recenset, ex quibus Xerxis exercitus compositus erat). Μῆδοι ἄρχοντα μὲν παρείχοντο Τιγράνην. ἐκάλουντο δὲ πάλαι πρὸς πάντων Ἄριοι, ἀπικομένης δὲ Μηδαίης τῆς Κολχίδος ἐξ Ἀθηνέων ἐς τοὺς Ἀρίους τούτους, μετέβαλον τὸ οὖνομα. αὐτοὶ δὲ περὶ σφέων ὧδε λέγουσι Μῆδοι. Viri docti nonnulli sumere non dubitant Herodotum, cum dicat Medos narrare, aliquando a Medis quibusdam id audivisse (*Matzat, Hermes VI 452: »obenan unter Herodots Quellen über Asien stehen Bericht-erstatteer aus dem herrschenden Volke, den Persern; es waren Männer, die der gelehrten hellenischen Bildung nicht fremd geblieben waren; sie kennen die hellenischen Sagen: I 1, VI 54, VII 61, 150, 62 (»so sagen die Meder von sich selbst«); sed quis putabit Tauros eum et Maxyes in itineribus convenisse et de Iphigenia et bello Troico hos apud eum sermone Graeco usos disseruisse, aut ab aliis audivisse, illas opiniones apud barbaros illos vulgatas esse?*

IV 191, 92 fera animalia, quae Libya ferat, recensens ad ea, quae Libyes ipsi narrent, provocat: καὶ γὰρ οἱ ὄφεις οἱ ὑπερμεγάρθεες κατὰ τούτους εἰσὶ καὶ ὄνοι οἱ τὰ κέρα ἔχοντες καὶ οἱ κυνοκέφαλοι καὶ οἱ ἀκέφαλοι οἱ ἐν τοῖσι στήθεσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες, ὡς δὲ λέγονται γε ὑπὸ Λιβύων, καὶ οἱ ἄγριοι ἄνδρες κ. τ. λ.; sed quae hic refert, pleraque non ad Libyam, sed ad Indiam pertinere vir doctus Schwanbeckius demonstravit

(«Megasthenis Indica» Bonn 1846, p. 4), neque solum monstra illa, sed alia quoque. 192 dicit Herodotus, cervos et sues feros in Libya omnino non inveniri, sed in India non sunt (Ctes. Ind. 13, Schwanb. p. 3); eod. loco: *μῶν δὲ γένεα τριᾶ αὐτόθι ἐστὶ. οἰμὲν δῖποδες καλέονται, οἱ δὲ ζεγέριες (τὸ δὲ οὖνομα τοῦτο ἐστὶ μὲν Λιβυκὸν, δύνανται δὲ κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν βουνοί);* sed dubium non est, quin vocem Indicam Herodotus interpretatus sit (Schwanb. p. 3: *sanscrito vocabulo giri masculino significatur ὄρος, βουνός, feminino μῦς*). Qui igitur cogitari potest haec ab Afris aut Herodoto ipsi aut aliis, qui illi rettulerint, aliquando narrata esse? Sed ex his ipsis locis apparet, id quod multis aliis locis videbimus, Herodotum, quod quemque populum fecisse traditum erat aut aliqua ratione ad eum pertinebat, ad arbitrium hoc eum, ut primum huius rei auctorem, narrare dixisse. Ita Tauri et Medi narrant, quod fabulatores Graeci de iis finxerant (de Medea Medicae gentis matre Hesiod. Theog. 1000, Hecat. fr. 171, Hellan. 30). Ita res Indicas illas scriptores quidam Graeci in Libya esse rettulerant, communi Graecorum errore, ut Schwanbeckius ostendit, impliciti, qui, cum Indorum terram Aethiopiae quoque nomine vocarent, Aethiopiam vero etiam in Libya sitam nossent, Indiae nomen primum Aethiopiae, deinde ipsius Libyae nomine saepe mutabant; atque tales auctores Herodotus secutus de miraculis illis, ut de rebus Libycis, Libyes narrare dixit.

Ita manifestum est his locis non auctores, quibus ipse usus est, Herodotum significare, sed quod de quoque populo narratum erat, hoc ad libidinem dixit eum narrare:

VII 75 οὗτοι διαβάντες ἐς τὴν Ἀσίην ἐκλήθησαν Βιθυνοὶ, τὸ δὲ πρότερον ἐκαλέοντο, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, Στρυμόνιοι, οἰκόντες ἐπὶ Στρυμόνι. ἐξαναστῆναι δὲ φασὶ ἐξ ἠθέων ὑπὸ Τευκρῶν τε καὶ Μισῶν. 89 οὗτοι οἱ Φοίνικες τὸ παλαιὸν οἴκειον, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσῃ. 90 Κύπριοι δὲ παρείχοντο νέας πενήκοντα καὶ ἑκατὸν τούτων δὲ τσάδε ἔθνεά ἐστι, οἱ μὲν ἀπὸ Σαλαμῖνος καὶ Ἀθηνῶν οἱ δὲ ἀπὸ Αἰθιοπίας, ὡς αὐτοὶ Κύπριοι λέγουσι. 62 αὐτοὶ περὶ σφέων ὧδε λέγουσι Μῆδοι. Eadem occasione de Persarum (61), Armeniorum (73), Lydorum, Mysorum (74), Cilicum (91), Pamphyliorum (91), Lyciorum (92) origine et antiquitate refert: quos non dicit

ipsos id narrare; de Phrygum origine ad Macedonum narrationem provocat (de quo loco infra videbimus); ex quibus rebus iudicari potest, quam plane ad arbitrium ad Bithynos, Phoenices, Cyprios Herodotus provocaverit.

VII 61 refert Persas antiquitus a Graecis Cephenes, a se ipsis Artaeos nominatos, cum Perseus ad Cepheum, Beli filium, venisset atque Persen filium ex Andromeda, Cephei filia, natum ibi reliquisset, ab eo nomen accepisse. Hellen. fr. 160 Χαλδαῖοι οἱ πρότερον Κηφῆνες, 159 Ἄρταϊα, Περσικὴ χώρα, ἣν ἐπόλισε Περσεὺς ὁ Περσέως καὶ Ἀνδρομέδας; VII 74 Λυδοὶ Μητιόνης ἐκαλεῦντο τὸ πάλαι, ἐπὶ δὲ Λυδοῦ τοῦ Ἄττος ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην. Dion. Hal. Ant. R. c. 28 Ἄττος παῖδας γενέσθαι λέγει Ξάνθος Λυδὸν καὶ Τόρρηβον, τούτους δὲ μερισμένους τὴν πατρίαν ἀρχὴν ἐν Ἀσίᾳ καταμεῖναι ἀμφοτέρους καὶ τοῖς ἔθνεσιν, ὧν ἤρξαν, ἀπ' ἐκείνων φησὶ τεθῆναι τὰς ὀνομασίας; Herod. eod. l. Μυσοὶ εἰσι Λυδῶν ἄποικοι, ἀπ' Οὐλόμπου δὲ οὖρεός καλέονται Οὐλομπηνοί. Xanthus narravit Mysos a Lydis iis ortos, qui deo sacrati in Olympo monte expositi essent, a fraxino ibi frequente, quam Lydi mysun appellerent, nomen accepisse (fr. 8); VII 73 Phryges dicit Herodotus antiquitus in Thracia Macedonibus vicinos habitasse. Xanth. fr. 5 μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἐλθεῖν τοὺς Φρύγας ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ τῶν ἀριστερῶν τοῦ Πόντου. — Matzat p. 479: *„jene Bemerkungen über die Abstammung und einiges Aehnliche der Art sind Eigentum Herodots und als solches häufig bestimmt durch die Notiz gekennzeichnet, dass das betreffende Volk dies und das selber sage.“*

IV 78 εὐτε ἀγάγοι τὴν στρατιὴν τὴν Σκυθέων ἐς τὸ Βορουσθενεϊτέων ἄστν (οἱ δὲ Βορουσθενεΐται οὗτοι λέγουσι σφέας αὐτοὺς εἶναι Μιλησίους).

IV 67 οἱ δὲ Ἐναρέες οἱ ἀνδρογῶνοι τὴν Ἀφροδίτην σφι λέγουσι μαντικὴν δοῦναι.

V 9 οἱ δὲ βασιλεῖς αὐτῶν (de Thracibus agit) σέβονται Ἐρμῆν μάλιστα θεῶν, καὶ λέγουσι γεγονέναι ἀπὸ Ἐρμῆω ἕω-τούς.

IV 178 ἐκδιδοὶ οὗτος ἐς λίμνην μεγάλην Τριτωνίδα. ἐν δὲ αὐτῇ νῆσος ἔνι, τῇ οὖνομα Φλά. ταύτην δὲ τὴν νῆσον Λακεδαιμόνιοι φασὶ λόγιον εἶναι κτίσαι.

IV 196 λέγουσι Καρχηδόνιοι, εἶναι τῆς Λιβύης χῶρόν τε καὶ ἀνθρώπους . . . ἐς τοὺς ἐπεὶν ἀπικῶνται καὶ ἐξέλωνται τὰ φορτία τοὺς δ' ἐπιχωρίους

I 94 φασὶ αὐτοὶ Λυδοί, Tyrrhenos ab ipsis ortos esse, a Tyrrheno regis Atysis filio, Lydi fratre, colonia eo ducta: quod ne inter se quidem Lydi narrarunt (Xanth. Lyd. fr. 1, v. p. 10), sed ingenium Graecum finxisse apparet.

IV 42 Λιβύη δηλοῖ ἐσωτὴν ἐοῦσα περιβόρυτος, Νεχῶ τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως καταδέξαντος, ὃς ἀπέπεμψε Φοίνικας ἀνδρας . . . καὶ ἔλεγον, ὡς περιπλῶντες τὴν Λιβύην . . . 43 οὕτω μὲν αὕτη ἐγνώσθη τὸ πρῶτον, μετὰ δὲ Καρχηδόνιοί εἰσι οἱ λέγοντες, ἐπεὶ Σατάσπης γὰρ ὁ Τεάσπιος ἀνὴρ Ἀχαιμενίδης οὐ περιέπλωσε Λιβύην, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πεμφθεὶς . . .; in sequentibus narrat, quomodo factum sit, ut Xerxes Sataspi negotium illud mandaret, et quid ille domum reversus de navigatione rettulerit; Carthaginienses vero prorsus tacet neque quidquam eos narrare audimus. Quid igitur illud Καρχ. εἰσὶ οἱ λέγοντες sibi vult? Nihil aliud sibi vult, nisi ut significet, »postquam Phoenices et Sataspes Libyam circumvecti sint, omnium hominum Carthaginienses solos in ultiores Libyae regiones navigare et quae de his praeter illorum relationes nota sint, ad eos haec omnia referenda esse«, hoc cum significaret Herodotus, dixit »Carthaginienses praeter Phoenices et Satasperm narrare«.

III 87 οἱ μὲν δὴ φάσι τὸν Οἰβάρεα ταῦτα μηχανήσασθαι. οἱ δὲ τοιάδε (καὶ γὰρ ἐπ' ἀμφοτέρω λέγεται ὑπὸ Περσέων). Non putandum est Herodotum ipsum a Persis quibusdam de illa re diversum in modum audivisse, sed ad Persas provocavit ut utriusque narrationis primos auctores. Ita, cum de Cyro plures narrationes vulgatae essent, omnium auctores Persas esse sumens, quam ex iis elegit a se litteris mandandam, hanc nonnullos Persas narrare dixit: I 95 ὡς Περσέων μετεξέτεροι λέγουσι οἱ μὴ βουλόμενοι σεμνοῦν τὰ περὶ Κῦρον, κατὰ ταῦτα γράψω, ἐπιστάμενος περὶ Κόρου καὶ τριφασίας ἄλλας λόγων ὁδοὺς φῆναι. 214 τὰ μὲν δὲ κατὰ τὴν Κόρου τελευταίην τοῦ βίου πολλῶν λόγων λεγομένων, δεδωκεν μοι ὁ πιθανώτατος εἶρηται. cf. Xenoph. Cyrop. I 2, 1 πατὴρ δὲ ὁ Κῦρος λέγεται γενέσθαι Καμβύσου, μητὴρ δὲ ὁμολογεῖται Μανδάνης γενέσθαι.

Ita aliis locis plerumque rebus miris traditis, cum in univ-
ersum dicere posset «narrari», eum populum, ad quem quaeque
res spectabat, narrare dixit.

III 107—12 de libanoto, smyrna, casia, cinnamomo, ladano
Arabiae mercibus magni pretii refert et quo quamque periculo
Arabes sibi comparent. 107 τὰ δένδρεα τὰ λιβανωτοφόρα ὄφεις
ὑπόπτεροι φυλάσσοισι πλήθει πολλοὶ περὶ δένδρεον ἕκαστον, οὗτοι
οἵπερ ἐπ' Αἴγυπτον ἐπιστρατεύονται... 108 λέγουσι δὲ καὶ τότε
Ἀράβιοι..., quomodo fiat, ut serpentes illi tam pauci sint
(108 sq).

II 75 λόγος ἐστὶ ἅμα τῷ ἔαρι πτερωτοῦς ὄφιος ἐκ τῆς Ἀραβίης
πέτεσθαι ἐπ' Αἴγυπτον. III 111 τὸ κιννάμωμον ἔτι θαυμαστότερον
συλλέγουσι. ἔκου μὲν γὰρ γίνεται, οὐκ ἔχουσι εἰπεῖν, πλὴν ὅτι λόγῳ
οὐκ οἰκίτι χρεόμενοι ἐν τοισίδε χωρίοισι φασὶ τινες αὐτὸ φύεσθαι,
ἐν τοῖσι ὁ Διόνυσος ἐτράφη κ. τ. λ. (v. p. 13).

IV 173 Νασαμῶσι προσόμουροι Ψύλλοι. οὗτοι ἐξαπολώλασι τρόπῳ
τοιῶδες· ὁ νότος σφι πνέων ἄνεμος τὰ ἔλυτρα τῶν ὑδάτων ἐξάυηγε.
οἱ δὲ βουλευσάμενοι κοινῶ λόγῳ ἐστρατεύοντο ἐπὶ τὸν νότον (λέγω
δὲ ταῦτα, τὰ λέγουσι Λίβυες) κ. τ. λ.

IV 188 narrat, quomodo Libyes efficiant, ut omnium homi-
num optima valetudine utantur. εἰμὲν διὰ τοῦτο, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως
εἶπαι, ὑγιηρότατοι δ' ὦν εἰσὶ. ἦν δὲ καίουσι τὰ παιδιά σπασμὸς ἐπι-
γένηται, ἐξεύρηται σφι ἄκος... λέγω δὲ τὰ λέγουσι αὐτοὶ Λίβυες.
cf. 192 κατὰ τοῦτους εἰσὶ οἱ ἐν τοῖσι στήθησι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες,
ὡς δὴ λέγονται γε ὑπὸ Λιβύων. v. supra. 26 sq. Contra 176
Μακέων ἐχόμενοι Γυνδᾶνες, τῶν αἱ γυναῖκες περισφύρια δερμάτων
πολλὰ ἑκάστη φορέει κατὰ τοῖόνδέ τι, ὡς λέγεται. κατ' ἄνδρα
ἕκαστον μιχθέντα περισφύριον περιδέεται; 184 ὑψηλὸν οὕτω δὴ τι
λέγεται (Atlas mons), ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἶά τε εἶναι ἰδέσθαι.
194 πούτων Γύζαντες ἔχονται, ἐν τοῖσι μέλι πολλὸν μὲν μέλισσαι
κατεργάσσονται, πολλῶ δ' ἔτι πλέον λέγεται δημοεργούς ἄνδρας ποιεῖν.

I 93 λίμνη ἔχεται τοῦ σήματος μεγάλη, τὴν λέγουσι Λυδοὶ
ἀείναον εἶναι.

IV 90 Δαρεῖος ἀπικόμενος ἐπὶ Τεάρου ποταμοῦ τὰς πηγὰς,
ἐστρατοπεδεύσατο ἡμέρας τρεῖς. ὁ δὲ Τεάρος λέγεται ὑπὸ τῶν
περιοίχων εἶναι ποταμῶν ἄριστος τὰ τε ἄλλα ἐς ἄξεις φέροντα...

II 75 narrat angues pennatos vere ex Arabia in Aegyptum volantes ab ibibus interfici. και την ἴβιν διὰ τοῦτο τὸ ἔργον τιμηθῆσθαι λέγουσι Ἀράβιοι μεγάλως πρὸς Αἴγυπτίων. ὁμολογεῖουσι δὲ και Αἰγύπτιοι διὰ ταῦτα τιμᾶν τὰς ὄρνιθας ταύτας.

VI 86' λέγομεν ἡμεῖς οἱ Σπαρτιῆται γενέσθαι ἐν τῇ Λακεδαιμόνι πατὰ τρίτην γενεὴν τὴν ἀπ' ἐμέο Γλαῦκον Ἐπικύδεος παῖδα κ. τ. λ.: ita Leotychidem apud Athenienses dicentem facit. Contra Tegeaetae ante pugnam Plataensem apud Graecorum exercitum Echemi antiqui ipsorum regis, qui Hyllum Herculis filium interfecerit, virtutem praedicantes loquuntur: τότε ὦν λόγος Ὑλλον ἀγορεύσασθαι. . . (IX 26).

VI 127, Agaristae procos recensens, ἀπὸ μὲν Ἰταλίας ἦλθε Σμινδυρίδης . . . και Ἀζὴν ἐκ Παίου πόλιος Λαφάνης Εὐφορίωνος τοῦ δεξαμένου, ὡς λόγος ἐν Ἀρκαδίῃ λέγεται, τοὺς Διοσκοῦρους οἰκίοισι.

I 87 ἐνθαῦτα λέγεται ὑπὸ Λυδῶν Κροῖσον μαθόντα τὴν Κύρου μετάγωνσιν ἐπιβῶσασθαι τὸν Ἀπόλλωνα ἐπικαλούμενον, εἰτί οἱ κεχαρισμένον ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη, παραστῆναι και ῥύσασθαι μιν ἐκ τοῦ παρεόντος κακοῦ. I 91 Ἀπικομένοισι τοῖσι Λυδοῖσι και λέγουσι τὰ ἐντεταλμένα τὴν Πυθίην λέγεται εἰπεῖν τάδε.

V 62—64 narrat, Pisistratidas opera Alcmaeonidarum expulsos esse. 63 ὡς ὦν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι λέγουσι, οὗτοι οἱ ἄνδρες ἀνέπειθον τὴν Πυθίην χρήμασι, ὅπως ἔλθοιεν Σπαρτιητέων ἄνδρες κ. τ. λ. 66 Κλεισθένης ὅσπερ δὴ λόγον ἔχει τὴν Πυθίην ἀναπεῖσαι.

VII 153 de Telinis Geloi, Gelonis proavi, rebus gestis narrans dicit inde colligendum esse, illum fortis et generosi animi virum fuisse. τὰ τοιαῦτα ἔργα κενόμικα γίνεσθαι πρὸς ψυχῆς τε ἀγαθῆς και ἰσχύος ἀνδρητικῆς. ὁ δὲ λέγεται πρὸς τῆς Σικελίης τῶν οἰκητόρων τὰ ὑπεναντία τούτων πεφυκέναι θηλυδρήτης τε και μαλακώτερος ἀνὴρ.

VII 157—62 refert Graecorum legatos auxilium petentes a Gelone repulsam tulisse; 163 sq. de Cadmo Coe a Gelone in Graeciam cum opibus misso, quae Xerxi, si vicisset, traditurus esset: 165 λέγεται δὲ και τάδε ὑπὸ τῶν ἐν Σικελίῃ οἰκημένων, ὡς ὅμως και μέλλων ἄρχεσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων ὁ Γέλων ἐβροθήσε ἀν τοῖσι Ἕλλησι; sed Carthaginienses tum periculosum

bellum ei intulisse. 166 πρὸς δὲ καὶ τὰδε λέγουσι, eodem die, quo pugna Salaminia commissa sit, Gelonem illos clade affecisse.

cf. III 108 λέγουσι δὲ καὶ τότε 'Αράβιοι.*)

*) Viri docti Herodotum res Atheniensium Athenis ipsis alias a curialibus Alemaeonidis, alias à Philaidis, quorum familiaritate usus sit, audivisse persuasum habent. Hoc qui sumit, quibus auctoribus Thucydidem usum esse dicit de motu Cyloniano et de Hipparchi caede multo uberius Herodoto narrantem (Herod. V 71 — Thuc. I 126; Her. V 55 Ἰππαρχὸν τὸν Πεισιστράτου Ἰππῖεω δὲ τοῦ τυράννου ἀδελφεὸν κτείνουσι Ἀριστογείτων καὶ Ἀρμόδιος γένος ἔντες τὰ ἀνέκαθεν Γεφυραῖοι. — Thuc. VI 54—60)? Thucydidem quoque ex nobilium illorum ore res patrias accepisse putabimus an famam apud Athenienses vulgata[m] secutum esse, in quos invecus est, quod de ipsorum tyrannisi nihil certi scirent et Hipparchum Pisistrato in tyrannide successisse opinarentur (VI 54, Herod. V 55 Ἰππαρχὸν Ἰππῖεω τοῦ τυράννου ἀδελφεὸν)? Sed uterque antiquioris cuiusdam scriptoris opere usus est, ex quo eodem fonte manarunt, quae apud Aristotelem et seriores scriptores exstant ab Herodoto non tradita: Polit. VIII 12, 1315 b φασὶ Πεισιστράτον ὑπομεῖναι ποτε προσκληθέντα δίκην εἰς Ἀρείου πάγον; Herod. I 59 Πεισιστράτος ἐδέετο τοῦ δήμου φυλακῆς τινος πρὸς αὐτοῦ κωρῆσαι, πρότερον εὐδοκμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας γενομένη στρατηγίῃ, Νισαῖαν τε ἐλὼν καὶ ἄλλα ἀποδεξάμενος μεγάλα ἔργα: haec Pisistrati facinora apud Plutarchum (Sol. c. 8) et Justinum (I 8) accurate et fuse narrata legimus. — Item rerum Sicularum et Italicarum notitiam (I 166 sq, V 43—47, VI 22 sq, VII 153—56) facile cognosci potest ex eodem fonte Herodotum hausisse, ex quo Antiochus Syracusanus et Thucydides (VI 1—5, III 88, 116) et qui postea fuerunt, ex opere antiquioris historici, qualis Hippys Rheginus fuit (v. p. 8):

Antioch. in prooemio: Ἀντίοχος τὰδε συνέγραψε περὶ Ἰταλίας ἐκ τῶν ἀρχαίων λόγων τὰ πιστότατα καὶ σαφέστατα; comp. fr. 11 cum Hipp. Rheg. fr. 4; Ant. fr. 1, 4 c. Her. VII 170, Ant. 9 — Her. I 167.

Herod. VII 153 κτιζομένης Γέλτης ὑπὸ Λινδίων τε τῶν ἐκ Ῥόδου καὶ Ἀντιφῆμου. Thucydides VI 4 refert quadraginta quinque annis post Syracusas conditās Gelam ab Antiphemo Rhodio et Entimo Cretensi conditam et locum primo Lindios nominatum esse. Plura de conditoribus apud Diod. VIII 25 et Artemon. Pergam. fr. 5 (Muell. Fr. IV 341).

VII 156 Herod. narrat Gelonem Megaris expugnatis optimates Syracusas transtulisse, vulgum peregre sub corona vendidisse. Thuc. VI 3 ὑπὸ Γέλωνος ἀνέστησαν ἐκ τῆς πόλεως καὶ χώρας; idem scit, id factum esse 245 annis post Megara condita.

VI 22 sp Herod. refert Samios et Milesios eos, qui post patriae expugnationem Persas effugerant, Zanclaeorum oppido una cum Hippocrate Geloo productione potitos esse; Thuc. VI 4 ὕστερον αὐτοὶ ὑπὸ Σαμίων καὶ ἄλλων Ἰώνων ἐκπίπτουσιν, οἱ Μήδους φεύγοντες προσέβαλον Σικελία, τοὺς δὲ Σαμίους Ἀναξίλας Ῥηγίων τυράννος οὐ πολλῷ ὕστερον ἐκβαλὼν καὶ τὴν πόλιν αὐτὸς συμμίκτων ἀνθρώπων οἰκίας Μεσσήνην ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ τὸ ἀρχαῖον πατρίδος αὐτὸ ὠνόμασε; Herod. VII 164 Ζάγκλην τὴν ἐς Μεσσήνην μεταβαλοῦσαν τὸ ὄνομα.

Ita fabulis Graecis occasione data memoratis, plerisque locis dicens «narrari» (v. p. 15) aut «Graecos narrare» (IV 85 ἔπλωε ἐπὶ τὰς Κυανέας καλεομένας, τὰς πρότερον πλαγκτὰς Ἑλληνέσ φασι εἶναι; VII 189 Βορέης κατὰ τὸν Ἑλλήνων λόγον ἔχει γυναῖκα Ἀττικὴν, Ὠρεΐθουσαν τὴν Ἐρεχθέος), nonnullis locis eam civitatem Graecam aut gentem barbaram, ad quam res spectabat, narrare dicit:

VII 74 refert Cleomenem molitum esse in Arcadico oppido Nonacri cum Arcadum principibus contra Lacedaemonios coniurare. ἐν δὲ ταύτῃ τῇ πόλει λέγεται εἶναι ὑπ' Ἀρχάδων τὸ Στυγὸς ὕδωρ.

VIII 55 ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλει ταύτῃ Ἐρεχθέος νηὸς, ἐν τῷ ἐλαίῃ τε καὶ θάλασσα ἐνι, τὰ λόγος παρ' Ἀθηναίων Ποσειδέωνα καὶ Ἀθηναίην ἐρίσαντας περὶ τῆς χώρας μαρτύρια θέσθαι.

IX 73 Ἀθηναίων λέγεται εὐδοκιμῆσαι Σωφάνης Δεκελειῆθεν, Δεκελέων τῶν κοτὲ ἐργασαμένων ἔργον χρήσιμον ἐς τὸν πάντα χρόνον, ὡς αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγουσι. ὡς γὰρ δὴ τὸ πάλαι κατὰ Ἑλένης κομιδὴν Τυνδαρίδαι ἐσέβαλον ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν κ. τ. λ.

VIII 138 οἱ δὲ ἀπικόμενοι ἐς ἄλλην γῆν τῆς Μακεδονίης οἴκησαν πέλας τῶν κήπων Μίδεω τοῦ Γορδίω. ἐν τούτοις καὶ ὁ Σιληνὸς ἦλω, ὡς λέγεται ὑπὸ Μακεδόνων. cf. Bion. Proconnes. fr. 2; Xenoph. Anab. I 2, 13 ... εἰς Θύμβριον πόλιν. ἐνταῦθα ἦν κρήνη ἣ Μίδου καλουμένη τοῦ Φρυγῶν βασιλέως, ἐφ' ἣ λέγεται Μίδας τὸν Σάτυρον θηρεῦσαι οἴψω κεράσας αὐτήν.

VII 154 Herod. narrat Hippocratem Syracusanos pugna devicisse et ea condicione cum iis pacem fecisse, ut Camarinam ipsi traderent. καταλλάξαντες, ἐπ' ὧτε Ἱπποκράτῃ Καμάριναν Συρηκοσίους παραδοῦναι. Συρηκοσίων δὲ ἦν Καμάρινα τὸ ἀργαῖον. 156 refert Gelonem omnes Camarinaios Syracusas transduxisse. Thucydides consentit cum Herodoto et plura scit: Καμάρινα ὑπὸ Συρακοσίων ὤκισθη ἑτεσιν πέντε καὶ τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μετὰ Συρακουσῶν κτίσιν. οἰκίσται δὲ ἐγένοντο αὐτῆς Δάσκων καὶ Μενέκλωσ. ἀναστάτων δὲ Καμαριναίων γενομένων πολέμῳ ὑπὸ Συρακοσίων δι' ἀπόστασιν, χρόνῳ Ἱπποκράτης ὕστερον λύτρα ἀνδρῶν Συρακοσίων αἰχμαλώτων λαβῶν τὴν γῆν τὴν Καμαρινάων κατήμισε Καμάριναν. καὶ αὖθις ὑπὸ Γέλωνος ἀνάστατος γενόμενῃ τὸ τρίτον κατὸν κτίσθη ὑπὸ Γελῶνων. comp. Hérod. VII 170 c. Thuc. VI 2 (de Sicanis et Siculis); Thuc. VI 3, Hellan. fr. 50, Ephor. fr. 52 (de Naxo a Theocle condita); Th. III 88, Antioch. fr. 2 (de Lipara condita); Th. VI 2, Ant. fr. 3, Aristot. Pol. IV 10, 1329 (de regé Italo).

VII 26 παρεγένοντο ἐς Κελαινάς . . . ἐν τῇ καὶ ὁ τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλει ἀνακρέμαται, τὸν ὑπὸ Φρυγῶν λόγος ἔχει ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἐκδαρέντα ἀνακρεμασθῆναι. Xenoph. Anab. I 2, 7 ἐξελαύνει εἰς Κελαινάς. 8 ἐντάϋθα λέγεται Ἀπόλλων ἐκδεῖρειν Μαρσύαν καὶ τὸ δέρμα κρεμάσαι ἐν τῷ ἄντρῳ.

VII 128—30 narrat Xerxem Penei ostium visisse. 129 αὐτοὶ μὲν νυν Θεσσαλοὶ φασί, Ποσειδέωνα ποιῆσαι τὸν ἀδῶνα, δι' οὗ ῥέει ὁ Πηγεῖος.

IV 184 οὖρος, τῷ οὖνομά ἐστι Ἀτλας. τοῦτον κίονα τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι οἱ ἐπιχώριοι εἶναι. Odysse. I 52 ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς Μακίρας, αἱ γὰρ τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν.

II 73 ἔστι ὄρνις ἱρὸς, τῷ οὖνομα φοῖνιξ. σπάνιος ἐπιφοιτᾷ σφι δι' ἐτέων, ὡς Ἡλίου πολιῆται λέγουσι, πεντακοσίων. φοιτᾶν δὲ τότε φασί, ἐπεὰν οἱ ἀποθάνῃ ὁ πατήρ. τοῦτον δὲ λέγουσι ἐξ Ἀραβίης ὀρμεόμενον ἐς τὸ ἱρὸν τοῦ Ἡλίου κομίζειν τὸν πατέρα ἐν σμόρῃ ἐμπλάσσοντα κ. τ. λ. Philostrat. v. Apoll. III 49 αἱ Αἰγύπτιοι περὶ αὐτοῦ ἄδουσιν, ὡς ἐς Αἴγυπτον φέρεται καὶ Ἴνδοι ἐνυμναροῦσι.

VI 53 Graecos narrare dicit Doriensium regum proavos inde a Perseo, Danaes filio, Graecos genere, Acrisium autem, Danaes patrem Aegyptium esse. 54 ταῦτα κατὰ Ἑλληνας λέγουσι γεγεννηλόγηται, ὡς δὲ ὁ Περσέων λόγος λέγεται, Perseum gente Assyrium fuisse et Graecum factum esse, Acrisii vero avos, nullo necessitudinis vinculo cum Perseo coniunctos, Aegyptios esse, τούτους δὲ εἶναι, κατὰπερ Ἑλληνας λέγουσι, Αἰγυπτίους. Scriptores genealogici a vulgata Graecorum fabula discrepantes id finxerant.

IV 77 λόγον ὑπὸ Πελοποννησίων λεγόμενον, Anacharsim ex Graecia ad Scythas reversum dixisse, omnium Graecorum Lacedaemonios solos prudenter loqui posse.

II 42 ὅσοι Διὸς Θηβαῖος ἰδρύονται ἱρὸν ἢ νομοῦ τοῦ Θηβαίου εἰσὶ, οὗτοι πάντες ὄτων ἀπεχόμενοι αἴγας θύουσι. Θηβαῖοι μὲν νυν καὶ ὅσοι διὰ τούτους ὄτων ἀπέχονται, διὰ τὰδε λέγουσι τὸν νόμον τάνδε σφι τεθῆναι.

II 46 τὸν Πᾶνα τῶν ὀκτῶ θεῶν λογιζονται εἶναι οἱ Μενδήσιοι, τοὺς δὲ ὀκτῶ θεοὺς προτέρους τῶν δωδέκα θεῶν φασί

γενέσθαι. καλέεται δὲ ὁ Πάν Αἰγύπτιστι Μένδης. cf. 43
ὡς δὲ αὐτοὶ Αἰγύπτιοι λέγουσι, ἕτεά ἐστι ἑπτακισχίλια, ἐπεὶ τε ἐκ
τῶν ὀκτῶ θεῶν οἱ δωδέκα ἐγένοντο.

VII 170 dicit «narrari» post Minois mortem omnes Cre-
tenses, exceptis Praesiis et Poliehnitis; expeditione in
Siciliam facta, ad litus Iapygiae, delatos ibi oppidum Hyriam
condidisse. 171 ἐς δὲ τὴν Κρήτην ἐρημωθείσαν, ὡς λέγουσι
Πραΐσιοι, ἐσοικίζεσθαι ἄλλους τε ἀνθρώπους κ. τ. λ.

Ita putandum non est primum Corinthios Herodoto nar-
rasse, Arionem Methymnaeum a nautis Corinthiis in mare
deiectum per delphinum servatum esse, deinde idem a Lesbiis
eum audivisse, sive forte, in ipsa Corintho cum esset, Lesbii
mercatores navem ibi constituerant, sive postea ipse Lesbum
profectus est:

I 23 Περιάνδρω λέγουσι Κορίνθιοι (ὁμολογέουσι δὲ σφι
Λέσβιοι) ἐν τῷ βίῳ θῶμα μέγιστον παραστῆναι, Ἄριονα τὸν Μηθυ-
μναῖον ἐπὶ δελφίνος ἐξενειχθέντα ἐπὶ Ταίναρον . . . 24 ταῦτα μὲν νυν
Κορίνθιοι τε καὶ Λέσβιοι λέγουσι.
sed ad ambos Arion pertinebat, ergo ambo de eo narrant.

Item facile intellegitur, quid sibi velit, quod et Procon-
nesios et Cycicenos narrare dicit «cum Aristeas Pro-
connesius in fabri officina mortuus esset atque per totum op-
pidum rumor de eius morte discurreret, Cycicenum quendam
ex Artace oppido advenisse et nuntiasse, se in itinere cum
Aristea congressum esse; Proconnesios, cum illum quaerent,
nec vivum nec mortuum repperisse; septem autem annis post
Aristeam rursus Proconnesi visum carmina Arimaspea compo-
suisse et denuo ex illorum oculis abreptum esse.»:

IV 14 τὸν περὶ αὐτοῦ ἤκουον λόγον ἐν Προκοννήσῃ καὶ
Κυζίκῳ λέξω. Ἀριστέην γὰρ λέγουσι . . . 15 ταῦτα μὲν αἱ πόλεις
αὐται λέγουσι.

cf. Plat. Polit. II 8, 366 αἱ τελεταὶ μέγα δύνανται, ὡς αἱ
μέγιστα πόλεις λέγουσι καὶ οἱ θεῶν παῖδες ποιηταί. Pausan. V 25, 12
ἤκουσα ἐν Θάσῃ τὸν αὐτὸν σφᾶς Ἑρακλέα ἐν καὶ Τύριοι σέβεσθαι
(Herod. II 44 ἀπικόμην ἐς Θάσον, ἐν τῇ εὐρον Ἑρακλέος ἱρὸν ὑπὸ
Φοινίκων ἰδρυμένον).

Et de Arione quod narrat et de Aristeia, item de Anacharsi (v. p. 34) ex eodem fonte Herodotus hausit, ex quo de Melampode (II 49), Aesopo (II 134), Thalete (I 74 sq, 170), Pittaco (I 27), Biante (I 27, 170), Solonis aliorumque sapientium itineribus ad Croesum factis (I 29 sq), ex libris, qualis fuit Damastis opus *περὶ ποιητῶν καὶ σοφιστῶν*; ex quibus iisdem fluxerunt, quae similis argumenti apud Thucydidem, Platonem, Aristotelem passim leguntur: Thucyd. III 96 *αὐλισάμενος ἐν τοῦ Διὸς τοῦ Νεμείου τῷ ἱερῷ, ἐν ᾧ Ἡσιόδος ὁ ποιητὴς λέγεται ὑπὸ τῶν ταύτῃ ἀποθανεῖν, χρησθὲν αὐτῷ ἐν Νεμέᾳ τοῦτο παθεῖν. Plat. Pol. X 3, 600 οἷα δὲ ἐς τὰ ἔργα σοφοῦ ἀνδρὸς πολλαὶ ἐπίνοιαι καὶ εὐμήχανοι ἐς τέχνας ἢ τινὰς ἄλλας πράξεις λέγονται θάλαω τε περὶ τοῦ Μιλησίου καὶ Ἀναχάρσιος τοῦ Σκύθου; eodem loco τὰ λεγόμενα narrat, Creophylum Homeri socium fuisse et hunc, dum viveret, non magni factum esse. Aristot. Polit. I 11, 1259 de Thalete refert, quomodo demonstraverit, se ex philosophia lucrum facere scire (τὰ λεγόμενα σποράδην δεῖ συλλέγειν...). Cf. Herod. II 53 οἱ πρότερον ποιηταὶ λεγόμενοι τούτων γενέσθαι (ante Homerum et Hesiodum), VI 127 Σιρίτης Δαμάσιος Ἀμύριος τοῦ σοφοῦ λεγομένου παῖς, I 27 οἱ μὲν Βιάντα λέγουσι ἀπικόμενον ἐς Σάρδεις, οἱ δὲ Πιττακόν... De Aristeia Proconnesios Herodotum sciscitatum non esse, sed illud miraculum multo ante eum litteris mandatum fuisse, inde quoque sequitur, quod Herodotus id quidem scit, Aristeiam Metaponti visum esse ducentis quadraginta annis postquam iterum ex Proconnesiorum conspectu sublatus esset (c. 15), sed prorsus ignorat, quot annis ante ipsius aetatem ille vixerit. Ita mirandum non est, quod eadem, quae apud Herodotum de eo exstant, antea Pindarum narravisse audimus: Orig. c. Cels. III 26 εἴληφε Κέλσος τὴν περὶ τὸν Ἀριστέαν ἱστορίαν ἀπὸ Πινδάρου καὶ Ἡροδότου.*

I 171 de Carum origine diversum in modum refert; semper in continenti eos habitasse atque hoc Cares ipsos putare; — antiquitus eos insulas maris Aegei incoluisse, Leleges nominatos, et Minois imperio subiectos fuisse nec verò tributum solvisse, sed naves complevisse, cum Minos eis egeret, atque, quia ille multa bella gereret et bello felix esset, omnium populorum tum clarissimos fuisse, a Doriensibus et Jonibus autem expulsos in continentem transmigrasse: hoc Cretenses

narrare dicit (κατὰ μὲν δὴ Κᾶρας οὕτω Κρήτες λέγουσι γενεθθαί).
Vide Pherecydis fragm. 111.

VII 73 οἱ δὲ Φρύγες, ὡς Μακεδόνες λέγουσι, ἐκαλέοντο Βρίγες χρόνον ὅσον Εὐρωπήϊοι ἐόντες σύνοιχοι ἦσαν Μακεδόσι.
v. p. 52. At Graecam fabulam compertam habebant Phryges
(VII 26 v. p. 28).

IV 23 sq. agit de fabulosa calvorum Argippaeorum gente:
ἄνθρωποι λεγόμενοι εἶναι πάντες φαλακροί... ἱροὶ λέγονται εἶναι.
24 μέχρι μὲν νυν τῶν φαλακρῶν τούτων πολλὴ περιφάνεια τῆς χώρας
ἐστὶ... 25 μέχρι μὲν δὴ τούτων γινώσκεται, τὸ δὲ τῶν φαλακρῶν
κατόπερθε οὐδεὶς ἀτρεκέως οἶδε φράσαι. οὐρεὰ τε γὰρ ὑψηλὰ ἀπο-
τάμνει ἄβατα καὶ οὐδεὶς σφρα ὑπερβαίνει. οἱ δὲ φαλακροὶ οὗτοι
λέγουσι, οἰκίειν τὰ οὐρεα αἰγίποδας ἄνδρας, ὑπερβάντι δὲ τούτους
ἄλλους ἀνθρώπους, οἱ τὴν ἐξάμηνον κατεύδουσι. Non provocarunt
ad Argippaeos Herodoti auctores, sed quod de regionibus supra
Argippaeorum fines sitis et a nullo alio homine visis narrabatur,
hoc consentaneum ei erat illis ut vicinis deberi.

IV 25 τὸ πρὸς ἡῶ τῶν φαλακρῶν γινώσκεται ἀτρεκέως ὑπ' Ἰσση-
δόνων οἰκίεμενον. 27 γινώσκονται μὲν δὴ καὶ οὗτοι, τὸ δὲ ἀπὸ τούτων
τὸ κατόπερθε Ἰσσηδόνες εἰσὶ οἱ λέγοντες τοὺς μουνο-
φθάλμους ἀνθρώπους καὶ τοὺς χρυσοφύλακας γρῦπας εἶναι.
IV 13 ἔφη Ἀριστέης Ἰσσηδόνων ὑπεροικίειν Ἀριμασποὺς
ἄνδρας μουνοφθάλμους, ὑπὲρ δὲ τούτων τοὺς χρυσοφύλακας
γρῦπας εἶναι.

V 10 ὡς δὲ Θρήϊκες λέγουσι, μέλισσαι κατέχουσι τὰ πέρην
τοῦ Ἰστρου καὶ ὑπὸ τούτων οὐκ εἶναι διελθεῖν τὸ προσωτέρω.

IV 195 refert de insula Cyraui ad Libyae litus sita,
in qua lacus sit, ex quo incolae aurum liquidum educant.
193 Μαξῶν Λιβύων Ζαύηκες ἔχονται. 194 τούτων Γύζαντες ἔχονται.
195 κατὰ δὲ τούτους λέγουσι Καρχηδόνιοι κέεσθαι νῆσον...
ταῦτα εἰ μὲν ἐστὶ ἀληθές, οὐκ οἶδα, τὰ δὲ λέγεται γράφω.

Ita miras res Indicas memorans alias in universum dicit
»narrari«, alias »a Persis narrari«, quos, ut Indis vicinos,
rerum Indicarum auctores esse consentaneum sit:

III 99 ἄλλοι τῶν Ἰνδῶν κρεῶν ἐδεσται ὤμῶν, καλέονται δὲ
Παδαῖοι. νομαίοισι δὲ τοιοσίδε λέγονται χρᾶσθαι... 104 τοῦτον

τὸν χρόνον (mane) καίει πολλῶ μᾶλλον ἢ τῇ μεσαμβρίῃ τὴν Ἑλλάδα, οὕτω ὥστε ἐν ὕδατι λόγος αὐτοῦς ἐστὶ βρέχεσθαι τηρικαῦτα. III 104 sq describit, quomodo Indi formicas aurum effodientes venentur. 105 ἐπεὰν ἔλθωσι ἐς τὸν γῶρον οἱ Ἴνδοι ἔχοντες θυλάκια, ἐμπλήσαντες ταῦτα τῆς ψάμμου τὴν ταχίστην ἐλαύνουσι ὀπίσω. αὐτίκα γὰρ οἱ μύρμηκες ὀδμῇ, ὡς δὴ λέγεται ὑπὸ Περσέων, μαθόντες διώκουσι. τὸν μὲν δὴ πλέω τοῦ χρυσοῦ οὕτω οἱ Ἴνδοι κτέονται, ὡς Πέρσαι φασί. cf. IV 191 καὶ οἱ ἀκέφαλοι οἱ ἐν τοῖσι στήθεσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες, ὡς δὴ λέγονται γε ὑπὸ Λιβῶν.

Sine dubio scriptores Graecos secutus est et, id quod pro certo statui potest, Scylacem quidem Caryandensem, qui a Dareo ad Indum fluvium cognoscendum missus de rebus Indicis librum scripsit (v. p. 10; Athen. II 70, Philostr. v. Apoll. III 45—48). Hunc ipse nominat IV 44, ubi narrat, quomodo factum sit, ut Dareus eum in Indiam dimitteret, et de eius itinere refert, quod continuo Scylacis librum in mentem nobis vocat. Matzatus Herodotum Scylacis librum novisse et rerum Indicarum notitiam inde hausisse negat, sed a Persis quibusdam quae narrat eum audivisse; nam si Scylacem secutus esset, absurdum esse ad Persas ut narrationis auctores provocare (Hermes VI 459, 461); sed non magis absurdum est, quam ad Macedones provocare de Phrygum antiquitate narrantem, ad Cretenses de Caribus et Lelegibus, ad Issedones de poetae Graeci commentis.

Cf. III 98 τῶν γὰρ ἡμεῖς ἴδμεν, τῶν καὶ πέρι ἀτρεκέες τι λέγεται, πρῶτοι πρὸς ἡῶ οἰκέουσι ἀνθρώπων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἴνδοί. Ita non is locutus est, qui, quae de India sciebat, haec ipse de industria a barbaris, qui illis vicini erant, exquisivit, sed is, cui complures libri a Graecis in Graecorum usum scripti ante oculos versabantur; cf. 94 Ἴνδῶν πλῆθος πολλῶ πλεῖστόν ἐστι πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ἀνθρώπων. Ii quoque loci, ubi in rebus Indicis describendis Graeciae meminit Herodotus, potius ad scriptorem Graecum, quam ad Persas quosdam referendi sunt (102, 104).

Denique, ut de regione trans Istrum sita Thraces Istri accolas, ita de Zamolxi Geta Graecos, qui Pontum et Helle-spontum habitent, Thracibus vicinos, narrare dicit. IV 95 ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι τῶν τὸν Ἑλλησποντον οἰκεόντων Ἑλλη-

νων καὶ Πόντον, τὸν Ζάμολξιν τοῦτον ταῦτα φασὶ μιν ποιῆσαι. cf. IV 14: ἤκουσαν λόγον ἐν Προκοννήσῳ καὶ Κυζίκῳ.

Aliis locis, cum quaedam res, quae ad duos simul populos attinebat, diversum in modum narrata esset, quod cuique populo favebat, hoc ab eo narrari dixit.

Ita, ubi de clade agit, qua Athenienses in insula Aegina ab Aeginetis et Argivis affecti sunt, ex qua clade unus miles Athenas rediit, Athenienses narrant, unam se navem Aeginam misisse et divino numine milites ad insaniam adactos inter se interfecisse, Aeginetae vero et Argivi narrant, cum magnis copiis et multis navibus illos advenisse et proelio ab ipsis ad internecionem devictos esse (V 85—87).

Ita, cum id constaret, Calliam Eleum Crotoniatarum castra secutum esse, Dorieus autem Lacedaemonius, qui tum in illis regionibus versabatur, num revera a Crotoniatis in auxilium vocatus una cum iis Sybaridem delevisset, dubium esset; Sybaritas, quorum clades non ita magna videretur, si simul cum duobus hostibus pugnandum iis fuisset, Sybaritas igitur dicentes fecit Herodotus Dorieum Crotoniatarum socium fuisse; Crotoniatae vero negant praeter Calliam ullum peregrinum apud ipsos militasse, nimirum gloriam opulentissimae urbis eversae sibi solis vindicantes. V 44 τὸν χρόνον τοῦτον, ὡς λέγουσι Συβαρίται, τοὺς Κροτωνιήτας περι δεέας γενομένους δεηθῆναι Δαυριέας σφίσι τιμωρῆσαι. Κροτωνιῆται δὲ οὐδένα σφίσι φασὶ ξεῖνον 45 μαρτύρια δὲ τούτων ἑκάτεροι ἀποδεικνύουσι τάδε . . . v. p. 19, 24.

Ita I 70, ubi de cratere, quem Lacedaemonii ad Croesum miserunt, a Samios ablato agit, cum diversae narrationes exstarent (ὁ κρητῆρ οὐκ ἀπίκετο ἐς Σάρδις δι αἰτίας διφασίας λεγομένας τάσδε), alteram, quae furti crimen in Samios contulit, Lacedaemonios dicentes fecit, alteram, quae illos culpa expediebat, Samiis tribuit (οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι λέγουσι αὐτοὶ δὲ Σάμιοι λέγουσι . . .).

Ita denique, cum fabularum scriptores diversum in modum de causa expulsoꝝ ex Attica Pelasgoꝝ scripsissent, aliis iniuriae Athenienses aecusantibus, nam Pelasgoꝝ agris bene cultis eos invidisse, aliis recte eos fecisse dicentibus, Pelasgos

enim virginibus Atticis vim attulisse: hoc Herodotus Athenienses dixit narrare, illud Hecataeum logographum; nam Pelasgos citare ei non licuit: itaque eum scriptorem nominavit, qui alteram narrationem, quae Pelasgis favebat litteris mandaverat:

VI 137 Πελασγοὶ ἐπεῖτε ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἐξεβλήθησαν, εἴτε ὦν δὴ δικαίως εἴτε ἀδίκως. τοῦτο γὰρ οὐκ ἔχω φράσαι πλὴν τὰ λεγόμενα. . . Ἐκαταῖος μὲν ἔφησε ἐν τοῖσι λόγοισι ὡς δὲ αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγουσι, δικαίως ἐξελάσαι.

Item hi loci se habent: VI 75 Κλεομένης ἀπέθανε τρόπῳ τοιοῦτῳ, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ λέγουσι Ἑλλήνων ὡς δὲ Ἀργεῖοι . . . (v. p. 17). 84 Ἀργεῖοι μὲν νυν διὰ ταῦτα Κλεομένεά φασι μανέντα ἀπολέσθαι κακῶς, αὐτοὶ δὲ Σπαρτιῆταί φασι ἐκ δαιμονίου μὲν οὐδενὸς μανῆναι Κλεομένεα, Σκύθησι δὲ ὁμιλήσαντά μιν ἀκρητοπότην γενέσθαι καὶ ἐκ τούτου μανῆναι.

VIII 84 Ἀμεινίης Παλληνεὺς ἐξαναχθεὶς νηὶ ἐμβάλλει Ἀθηναῖοι μὲν οὕτω λέγουσι τῆς ναυμαχίης γενέσθαι τὴν ἀρχὴν, Αἰγινῆται δὲ τὴν κατὰ τοὺς Αἰακίδας ἀποδημήσασαν ἐς Αἴγιαν, ταύτην εἶναι τὴν ἄρξασαν.

I 5 οὕτω μὲν Πέρσαι λέγουσι γενέσθαι (v. p. 20) . . . περὶ δὲ πῆς Ἰούδ οὐκ ὁμολογέουσι Πέρσῃσι οὕτω Φοῖνικες . . ., sed illam a Phoeniciae navis duce gravidam parentum metu sua sponte Phoenices secutam esse. Similiter III 49 Herodotus finxit Lacedaemonios dicere, se ad Samios ob iniuriam ipsis illatam poena afficiendos Polycrati bellum intulisse, Samios vero putare, illos gratiae pro antiquo beneficio referendae causa a tyranno ipsos liberare voluisse. cf. VI 53 (p. 34). Item Plutarchus agit vit. Sol. 10: οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῷ Σόλωνι συναγωνίσασθαι λέγουσι τὴν Ὀμήρου δόξαν. ἐμβάλοντα γὰρ αὐτὸν ἔπος κ. τ. λ. αὐτοὶ δ' Ἀθηναῖοι ταῦτα οἶονται φλυαρίαν εἶναι.

Deinde Herodotus nonnullis locis unam rem ad plures populos pertinentem narrans ad hos omnes ita provocavit, ut, quod quique soli fecerant aut ad eos solos pertinebat, id ipsum eos deinceps narrare diceret.

Ita narrans Argivos ab Aeginetis in auxilium vocatos Atheniensium exercitum in insula Aegina proelio devicisse, prout

narratio Aeginetas solos, Argivos solos, ambos respiciebat, nunc ad Aeginetas solos, nunc ad ambos, nunc ad Argivos solos provocavit:

V 86 Αἰγινῆται λέγουσι, οὐ μὴ νηὶ ἀπικέσθαι Ἀθηναίους, ἀλλὰ πολλῆσι νήυσιν ἐπιπλώειν σφί ἐπὶ τὴν χώραν Ἀθηναίους μὲν δὴ ταῦτα ποιεῖν, σφέας δὲ Αἰγινῆται λέγουσι πυθομένους τοὺς Ἀθηναίους ὡς μέλλοιεν ἐπὶ σφέας στρατεύεσθαι, ἐτοιμούς Ἀργείους ποιεέσθαι; Argivos clam in insulam transiisse et Athenienses adortos plane delevisse. 87 λέγεται μὲν νυν ὑπ' Ἀργείων τε καὶ Αἰγινητέων τάδε, ὁμολογέεται δὲ καὶ ὑπ' Ἀθηναίων ἕνα μόνον τὸν ἀποσωθέντα αὐτῶν ἐς τὴν Ἀττικὴν γενέσθαι. πλὴν Ἀργεῖοι μὲν λέγουσι αὐτῶν τὸ Ἀττικὸν στρατόπεδον διαφθειράντων, Ἀθηναῖοι δὲ τοῦ δαυμονίου (cf. p. 39). Quid deinde unus ille Athenas reversus ibi passus sit, Athenienses narrant.

Ita in narratione de pugna ad Himeram commissa et de Hamilcaris Carthaginiensium ducis interitu Syracusanos id ipsum narrare dicit, illum post suorum cladem ex hominum conspectu sublatum esse; neque enim vivum eum apparuisse nec eius corpus investigatum esse, Gelone diligentissime quaerente (VII 166 λέγεται ὑπὸ τῶν ἐν Σικελίῃ οἰκημένων, τὸν Ἀμίλκαν, ὡς ἡ συμβολή τε ἐγίνετό καὶ ὡς ἐσοῦτο τῇ μάχῃ, ἀφανισθῆναι. οὔτε γὰρ ζῶοντα κ. τ. λ.); Carthaginienses autem, Hamilcaris populares, id quomodo acciderit, accurate describentes fecit. 167 ἔστι δὲ ὑπ' αὐτῶν Καρχηδονίων ἔδε ὁ λόγος λεγόμενος, dum a solis ortu usque ad vesperum barbari cum Graecis confingerent, interea Hamilcarem in castris rem sacram fecisse et super magno rogo victimas cecidisse; victos vero et fugientes cum suos vidisset, in ignem se coniecisse atque ita ex hominum oculis abreptum esse . . . οὔτω δὲ κατακαυθέντα ἀφανισθῆναι. Utrisque, quod quique tum viderunt, narrandum tribuit. Aliter hic locus intellegi non potest. Nam qui, cum Syracusanos et Poenos narrare dicat Herodotus, inde sumit, eum ab utrisque audivisse: is num paratus erit probare, Herodoto omnium Graecorum primo contigisse, ut ex Carthaginiensium ore illud audiret, Siculos autem, cum inde ex pugna ad Himeram commissa per dimidium saeculum cum Poenis commercia habuissent, numquam et ipsos accuratam narrationem de Hamilcaris

morte ab iis accepisse, sed Herodoti etiam aetate, cum Thuriis in Siciliam itinere facto eos sciscitaretur, nihil compertum habuisse nisi id solum »Hamilcarem ἀφανισθῆναι« ?

Ita de Milesiis narrans, quomodo cum Alyatte bellum gerentes oraculum Delphicum illi datum in usum suum contulerint (I 17—22), oraculi ipsius Delphos testes profert, Thrasybulum autem Mileti tyrannum id comperisse Milesios narrare dicit, tota reliqua narratione (v. p. 16) in eorum neutrius testimonio posita:

c. 19 refert duodecimo belli anno, cum Milesiorum segete a Lydis incensa Minervae Assessiae templum igne captum esset, Alyattem Sardes reversum in morbum incidisse et malo ingravescente Delphos misisse, qui deum consulerent; quibus Pythiam se responsuram esse negasse, antequam templum illud restitutum esset τοῖσι ἢ πυθῆναι οὐκ ἔφη χρήσειν Δελφῶν οἶδα ἐγὼ οὕτω ἀκούσας γενέσθαι. Μιλήσιοι δὲ τὰδε προστιθεῖσι τούτοις Périandrum de oraculo, quod Alyatti datum esset, certiores factum Thrasybulo Milesio, amicissimo suo, id-nuntiasse, ut inde aliquem fructum eaperat Μιλήσιοι μὲν νυν οὕτω λέγουσι γενέσθαι. 21 Ἀλυάττης δὲ, ὡς οἱ ταῦτα ἐξηγγέλθη, αὐτίκα ἔπεμπε κήρυκα ἐς Μίλητον βουλόμενος σπονδὰς ποιήσασθαι χρόνον ὅσον ἂν τὸν νηὸν οἰκοδομήη κ. τ. λ. Δελφῶν ἀκούσας cf. IV 14 ἤκουον λόγον ἐν Προκονήσῳ καὶ Κοζίκῳ

Sumpsit hanc narrationem Herodotus ex ἔροις Μιλησίων, historia Milesiaca, ex quo eodem fonte aliis locis hausit occasione data res Milesias memorans: IX 97 (Philistum Pasiclis filium una cum Neleo Miletum condidisse atque Cereris Eleusinae sacrum apud Mycaleu situm aedificasse) V 99 (Milesios Eretriensibus, cum contra Chalcidenses bellum gererent, auxilio venisse) I 18 (item Chiis adversus Erythraeis, ante Alyattis bellum), V 95 § 6 (Thrasybulum Milesiorum tyrannum Périandro suasisse, ut potentiores cives e medio tolleret) VI 21 (Milesios Sybarin a Crotoniatis deletam graviter tulisse eorumque iuventutem capillos praecidisse) V 28 (duabus aetatibus ante Aristagorae defectionem Milesios dissensione civili magnopere afflictos Pariorum prudentia, qui eos cives, qui agros optime cultos haberent, rei publicae administrandae praefecissent, ad feliciorum condicionem revocatos esse; item alii scriptores: Ari-

stoteles de antique Milesiorum rege Phabio et Cleobaea scelesta eius uxore (fr. 199); Nicolaus Damascenus de rege Laodama, de Amphitris tyrannide, de Epimene Aesymneta (fr. 54); Plutarchus de bello Biantis aetate inter Milesios et Prienses gesto (Qu. Gr. c. 20), Heraclides Ponticus, qui narravit motu civili primum populares optimatibus devictis et expulsis eorum liberos in arcis contrivisse, divites autem, cum per vim redissent, pauperes piscatos combussisse (ap. Athen. XII 523 F). cf. Herod. V 28 Μίλητος νοσήσασα ἐς τὰ μάλιστα στάσι. ¹⁾

Eadem ratio, quam cum his Delphis Milesiisque habuit, Herodoto cum Persis Delphisque iis intercessit, quos in narratione expeditionis a Persis ad sacrum Delphicum diripiendum factae laudat. Narrat »cum barbari ad sacrum Minervae advenissent, fulmina in eos iacta et Parnassi duo cacumina cum strepitu devoluta multos interfecisse et ex templo clamorem et sonitum editum esse illosque perterritos fugae se mandasse«

¹⁾ Praeter Milesiorum annales aliarum civitatum Jonicarum fasti in fontibus fuerunt, quos in historiis conscribendis Herodotus adiit:

Herod. I 26 Κροίσος Ἑλλήνων πρότεροι ἐπεθήρατο Ἐφεσίοισι. ἔνθα δὲ οἱ Ἐφέσιοι πολιορκούμενοι ὑπὸ αὐτοῦ ἀνέθεσαν τὴν πόλιν τῇ Ἀρτέμιδι, ἐξάψαντες ἐκ τοῦ νηοῦ σχοινίον ἐς τὸ τεῖχος. Eandem rem Polyaeus ita narrat: »cum turris, qui proditor nominaretur, corruisset et iam in eo esset, ut hostes irrumperent, Ephesios Pindaro tyranno auctore ab urbis muris portisque usque ad Dianae templi columnas funem duxisse atque Croesum urbi pepercisse, quasi deae esset, et cum Ephesiis ita foedus fecisse, ut ab ipsius imperio liberi essent« (VI 50). Cf. Fragm. hist. Graec. IV 348 (ex Batonis Sinopensis περὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ τυράννων), 371, 406.

III 39 Πολυκράτης ἔσχε Σάμον ἐπαναστάς, καὶ τὰ μὲν πρῶτα τριχῆ δασάμενος τὴν πόλιν τοῖσι ἀδελφεοῖσι Πανταγνώτῳ καὶ Συλοσῶντι ἔνευε. Polyaeus narrat (I 23, 2) Polycratis fratres Pantagnotum et Sylosontem cum paucis sociis nobiles Samios, dum ad aram sine armis sacrificarent, necavisse, interea illum arcem occupavisse.

III 125 ἀποκτείνας δὲ μιν οὐκ ἀξίως ἀπηγγήσας Ὀροίτης ἀνεσταύρωσε. Fulgent. voc. antiqu. interpret.: *sandapilam antiqui dici voluerunt feretrum mortuorum... sicut Stesimbrotus Thasius de morte Polycratis Samiorum regis scripsit dicens: posteaquam de cruce depositus sandapila etiam deportatus est.*

VI 37 sq de dissensionibus refert, quas Philaidae, cum Chersonesum Thraciam occupassent, cum vicinis Lampsacenis exercuerint, Charone Lampsaceno sine dubio auctore usus (v. p. 8). Chiorum annales inspexit I 18, VI 15, 26 occasione data Chiorum res memorans.

(VIII 37 sq). 38 οἱ δὲ περιεόντες ἰθὺ Βοιωτῶν ἔφρουον. ἔλεγον δὲ οἱ ἀπροσστήσαντες οὗτοι τῶν βαρβάρων, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ὡς πρὸς τούτοις καὶ ἄλλα ὤρεον θεῖα. δύο γὰρ ὀπλίτας μέζοντας ἦ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν ἔχοντας ἔπεσθαι σφι κτείνοντας καὶ διώκοντας. 39 τούτους δὲ τοὺς δύο Δελφοὶ λέγουσιν εἶναι ἐπιχωρίους ἤρωας, Φύλακον τε καὶ Αὐτόνοον. Nam manifestum est Herodotum, uno auctore usum, sive sacerdotes Delphici de Persarum expeditione et de miraculis illis ei rettulerunt, ut viri docti omnes sumunt, sive potius eidem auctori hanc narrationem debet atque alias huic similes, quas in Xerxis belli historia profert: de Protesilao Artaycti propter scelera in illum commissa poenam portendente (IX 120), de sacra Minervae olea arcis incendio non deleta (VIII 55), de portento, quod ante pugnam Salaminiam in campo Thriasio visum sit (VIII 65), Dicaeo nempe Atheniensi, quem huius miraculi auctorem ipse laudat (ἔφη δὲ Δικαῖος ὁ Θεοκύδεις ἀνὴρ Ἀθηναῖος, φυγὰς τε καὶ παρὰ Μήδοισι λόγιμος γινόμενος, τυχεῖν τότε ἐὼν ἅμα Δημαρήτη ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ κ. τ. λ. ταῦτα μὲν Δικαῖος ὁ Θεοκύδεις ἔλεγε cf. VI 137 Ἐκαταῖος ὁ Ἡγησάνδρου ἔφησε κ. τ. λ., ἐκεῖνα Ἐκαταῖος ἔλεξε; IV 13 ἔφη Ἀριστέης ὁ Καῦστροβίου) — manifestum est Herodotum, cum soli ea testari possent, finxisse, milites Persicos in castra reversos de miraculis illis rettulisse. De Phylaco autem atque Autoñoο fieri non potuit ut barbari illi quidquam compertum haberent; quare, quemadmodum oraculum Alyatti datum ipsum Delphi pronunciant, Thrasybulum autem Milesium de eo certiore factum esse Milesii narrant, ita ad militum Persicorum narrationem nomina ab iis ommissa Delphos Herodotus addentes fecit. Hoc qui non probaverit, ei statuendum erit, nihil nisi hoc ipsum a Delphis Herodotum audivisse; nam luculenter a Delphis alios auctores discernit, a quibus acceperit, milites Persicos, qui effugissent, apud suos de miraculis illis narraſſe (ἔλεγον οὗτοι, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι . . . δύο ὀπλίτας . . . τούτους δὲ τοὺς δύο Δελφοὶ λέγουσι); nam Delphos ipsos, cum apud Herodotum de Persarum expeditione narrarent, animi causa ad milites Persicos provocasse et mentitos esse, eos in castra reversos de miraculis illis rettulisse, nemo cogitabit.

Ita Herodotus in historia Aegyptiaca res inde a Mene usque ad Sethonem regem factas (II 99—141) Aegyptios solos dicit narrare, inde autem a Psammeticho (147 sq) ex cuius

regno Graeci cum Aegyptiis commercia habere et ibi considerare coeperunt, Aegyptios et reliquos homines:

II 99 μέχρι τούτου ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίῃ ταῦτα λέγουσά ἐστι, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἑρέων . . . τὸν Μῆγα τὸν πρῶτον βασιλεύσαντα . . .

142 ἐς μὲν τὸσόνδε τοῦ λόγου Αἰγύπτιοί τε καὶ οἱ ἱρέες ἔλεγον.

147 ταῦτα μὲν νυν αὐτοὶ Αἰγύπτιοι λέγουσι, ὅσα δὲ οἷ τε ἄλλοι ἄνθρωποι καὶ Αἰγύπτιοι λέγουσι ὁμολογέοντες τοῖσι ἄλλοισι κατὰ ταύτην τὴν χώραν γενέσθαι, ταῦτ' ἤδη φράσω.

Dicit quidem Herodotus nonnullis locis de regibus iis, qui ante Psammetichum fuerunt, narrans »sacerdotes Aegyptios narravisse«: 99 τὸν Μῆγα τὸν πρῶτον βασιλεύσαντα Αἰγύπτου οἱ ἱρέες ἔλεγον ἀπογεφυρῶσαι τὴν Μέμφιν . . . 102 Σέσωστρις . . . τὸν ἔλεγον οἱ ἱρέες πρῶτον μὲν . . . ἐνθεῦτεν δὲ κατὰ τῶν ἱρέων τὴν φάτιν. 107, 111, 112, 121, 124, 127; sed Herodoto ipsi numquam illi has res narraverunt, sed Graecos scriptores secutus ad sacerdotes, Aegyptiorum viros doctos, provocavit, ut primos auctores rerum Aegyptiacarum (142: Αἰγύπτιοί τε καὶ οἱ ἱρέες ἔλεγον). Numquam ulli sacerdotes Aegyptii dixerunt: »Pheroni in regnum successit vir Memphiticus, quem vos Graeci Proteum nominatis«: 112 τούτου ἐκδέξασθαι τὴν βασιληίην ἔλεγον ἄνδρα Μεμφίτην, τῷ κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων γλῶσσαν οὖνομα Πρωτέα εἶναι (v. supra). cf. 122 μετὰ δὲ ταῦτα ἔλεγον τοῦτον τὸν βασιλέα ζῶν καταβῆναι κάτω ἐς τὸν οἱ Ἕλληνας αἰδὴν νομίζουσι εἶναι.

127 βασιλεῦσαι τὸν Χέοπα τοῦτον Αἰγύπτιοι ἔλεγον πεντήκοντα ἔτη, τελευτήσαντός δὲ τούτου ἐκδέξασθαι τὴν βασιληίην Χερφῆνα. καὶ τοῦτον πύραμιδα ποιῆσαι 128 τούτους ὑπὸ μίσεος οὐ κάρτα ἐθέλουσι Αἰγύπτιοι οὐνομάζειν, ἀλλὰ καὶ τὰς πυραμίδας καλέουσι ποιμένος Φιλίτιος. Luculenter ex hoc loco apparet, illud Αἰγύπτιοι ἔλεγον quam plane fictum sit.

c. 100 dicit sacerdotes ex libro regum Aegyptiorum nomina recitasse: μετὰ δὲ τοῦτον κατέλεγον οἱ ἱρέες ἐκ βίβλου ἄλλων βασιλέων τριηκοσίων τε καὶ τριήκοντα οὐνόματα. Sed paene iisdem verbis usus Diodorus quoque res Aegyptias narrans ad sacerdotes Aegyptios provocat, quasi ipse cum iis sermones habuerit; at nemo dubitabit, quin historici Graece scribentis librum ille

inspexerit: I 69 αὐτὰ τὰ παρὰ τοῖς ἱερεῦσι τοῖς κατ' Αἴγυπτον ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς γεγραμμένα ἐκθησόμεθα. I 46 οἱ ἱερεῖς ἔφασαν ἐκ τῶν ἀναγραφῶν εὐρίσκειν . . . I 96 οἱ ἱερεῖς τῶν Αἰγυπτίων ἱστοροῦσιν ἐκ τῶν ἀναγραφῶν τῶν ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις: Euseb. pr. ev. III 288 A, γράφει· περὶ τούτων πλατύτερον μὲν ὁ Μανέθως ἐπιτετημένως δὲ ὁ Διόδωρος.

Herod. II 126 ἐς τοῦτο ἐλθεῖν Χέοπα κακότητος ὥστε τὴν θυγατέρα κατίσαντά ἐπ' οἰκῆματος προστάξει πρήσσεσθαι ἀργύριον ὄκωσονδῆ τι. οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε ἔλεγον. cf. VI 118 Δᾶτις ἐν Μυκόνῳ εἶδε ὄψιν ἐν τῷ ὕπνῳ. καὶ ἦτις μὲν ἦν ἡ ὄψις, οὐ λέγεται. VIII 133 ὅτι βουλόμενος ἐκμαθεῖν πρὸς τῶν χρηστηρίων ταῦτα ἐνετέλλετο, οὐκ ἔχω φράσαι, οὐ γὰρ ὦν λέγεται. — II 101 τῶν δὲ ἄλλων βασιλέων, οὐ γὰρ ἔλεγον οὐδεμίαν ἔργων ἀπόδεξιν, κατ' οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος, πλὴν ἐνὸς τοῦ ἐσχάτου αὐτῶν Μοίριος: nihil de iis praeter nomina memoriae proditum erat, nihil igitur Aegyptios de iis narravisse sumpsit.

Libris scriptorum, qui ante eum historiae Aegyptiacae operam dederunt, Herodotum usum esse, ea quoque, quae apud posteriores scriptores exstant, testimonio sunt. Herodotus breviter scribit, Psammetichum ceteros reges devicisse: 152 ἄμα τοῖσι βουλομένοισι Αἰγυπτίοισι καὶ τοῖσι ἐπικούροισι καταίρει τοὺς βασιλέας. Diodorus autem scit, apud Momemphim illos profligatos esse (I 66), atque Strabo tradit, Milesiorum naves triginta Psammeticho auxilio missas Inarum, unum ex Psammetichi adversariis, vicisse (p. 801); idem Diodorus narrat Apriem exercitu optime instructo Phoenicum Cypriorumque reges ingenti proelio navali superasse, Sidonem vi cepisse, alia oppida terrore expugnasse, deinde magna praeda facta rediisse. Herodotus haec de Aprie habet: II 161 Ἀπρίης ἐπ' ἔτεα πέντε καὶ εἴκοσι ἄρξας, ἐν τοῖσι ἐπὶ τε Σιδῶνα στρατὸν ἤλασε καὶ ἐναυμάχησε τῷ Τυρίῳ. — Aristoteles de Amasi narrat, quod idem Herodotus (Polit. I 12, 1259, Herod. II 172), de Sesostri vero quod profert (Polit. IV 10, 1329), apud Herodotum non legimus; Plin. 37, 5, 19: *Theophrastus tradit in Aegyptiorum commentariis reperiri, eorum regi a rege Babylonio smaragdum quattuor cubitorum longitudine missum esse* (Herod. κατέλεγον· οἱ ἱερεῖς ἐκ βίβλου).

Ita Herodotus agit in narratione de Cyrene a Theracis Batto duce condita et de Batti origine Lacedaemonia:

IV 145—149 narrat, quomodo factum sit, ut ii, qui ex Argonautis et mulieribus Lemniis nati essent, a Lacedaemoniis ad Theram insulam obtinendam mitterentur.

150 μέχρι μὲν νυν τούτου τοῦ λόγου Λακεδαιμόνιοι Θηραίοισι κατὰ ταῦτα λέγουσι,
τὸ δὲ ἀπὸ τούτου μῶνοι Θηραῖοι ὧδε γενέσθαι λέγουσι.

150—53. narrat Theraeos oraculo Delphico iussos coloniam in Libyam misisse Batto, ab illis Minyis oriundo, duce.

154 ταῦτα δὲ Θηραῖοι λέγουσι. τὰ δ' ἐπίλοιπα τοῦ λόγου συμφέρονται ἤδη Θηραῖοι Κυρηναίοισι.

Denique Cyrenaeos solos narrare dicit, sed eos cum Theraeis non consentire: . . . συμφέρονται Θηραῖοι Κυρηναίοισι. Κυρηναῖοι γὰρ τὰ περὶ Βάττου οὐδαμῶς ὁμολογεύουσι Θηραίοισι.

Utrosque igitur sciscitatus discrepantia audivit? Videamus, quid quique narrent. Atque Therai quidem hoc: Grinum, Theraeorum regem, cum Delphos venisset, Batto Polymnesti filio comitante, a Pythia iussum coloniam in Libyam ducere, deum obsecrasset, ut illi id negotium mandaret; Thearei autem cum deo non obtemperassent, per septem annos in eorum terra non pluisse omnesque arbores exaruisse; de qua calamitate cum oraculum consulissent, denuo iussos coloniam in Libyam mittere, postquam nonnullos cum Corobio Cretensi eo praemisissent atque illi rettulissent, electos ex universo populo colonos dimisisset, εἶναι δὲ σφεων καὶ ἡγεμόνα καὶ βασιλέα Βάττον. οὕτω δὲ στέλλουσι δύο πεντηκοντέρους ἐς τὴν Πλατέαν. Hoc Cyrenaei: Phronimam Etearchi Cretensis regis filiam a patre domo eiectam Themisonti Theraeo traditam esse, ut mari demergeretur, ab illo autem servatam atque Polymnesto Theraeo mandatam esse, quem ex ea Battum genuisse; illum, cum oraculum Delphicum propter linguae haesitantiam adiisset, a Pythia iussum esse coloniam in Libyam ducere. ὡς δὲ κατὰ ταῦτα ἐθέσπιζέ οἱ καὶ πρότερον, οἶχετο μεταξύ ἀπολιπὼν ὁ Βάττος ἐς τὴν θήραν. 156 μετὰ δὲ αὐτῷ τε τούτῳ καὶ τοῖσι ἄλλοισι Θηραίοισι συνεφέρετο παλιγκάτως. ἀγνοεῦντες δὲ τὰς συμφορὰς ἔπεμπον ἐς Δελφοὺς περὶ τῶν παρόντων κακῶν. ἡ δὲ Πυθίη σφι ἔχρησε συγκρίζουσι Βάττῳ Κυρήνην τῆς Λιβύης ἄμεινον πρῆξειν. ἀπέστελλον μετὰ ταῦτα τὸν Βάττον οἱ Θηραῖοι δύο πεντηκοντέρουσι. Haec num revera inter

se discrepant? Sed facile intellectu est Theraeos, Batti mentione vix facta, narrare, quas res universa Theraeorum civitas gesserit; Cyrenaei vero his, id quod neminem fugiet, strictissime repetitis, praeterea narrant de Phronima Batti matre, de corporis vitio, quo ille laboraverit, de oraculo, quod ei datum sit, cum privatim Delphos profectus esset. Deinde, cogitari omnino id ipsum potest, illa apud Theraeos solos, haec apud Cyrenaeos solos vulgata fuisse? A vero prorsus abhorret. Theraeos de fabulosis Minyis quidem accurate et fuse narrare potuisse, quomodo Lacedaemonem venissent et discordia exorta ab illis in vincula coniecti uxorum prudentia liberati essent (145 sq., 150: μέχρι τούτου τοῦ λόγου Λακεδαιμόνιοι Θηραίοισι κατὰ ταῦτὰ λέγουσι), de Battō vero, celeberrimo cive, paene nihil scivisse. Sed Theraeis solis narrandum tribuit Herodotus, quod Theraei universi fecerant; quod autem ad Battum ipsum attinebat, genere quidem illum quoque Theraeum, sed eundem primum Cyrenaeorum regem, hoc Cyrenaeorum solorum interesse eosque aptissimos, qui id testarentur, sumpsit, quare id Cyrenaeos solos narrare dixit.

Similiter Herodotus Carthaginienses de Hamilcaris interitu a Siculis discrepare dicit, revera illos non discrepantia narrantes, sed Sicularum narrationem multis rebus augentes, ut quos illam rem accuratius compertum habere deceret:

VII 167 ἀφανισθέντι δὲ Ἀμίλκα τρόπῳ εἶτε τοιούτῳ, ὡς Φοίνικες λέγουσι, εἶτε ἑτέρῳ, ὡς Συρηκόσιοι

IV 154 Κυρηναῖοι οὐδαμῶς ὁμολογέουσι Θηραίοισι.

Ita denique in longioribus et continuis narrationibus nonnullis locis, ad quem populum res, de qua agebat, spectabat, ad hunc populum singulariter provocavit.

I 152—76 Asiam inferiorem ab Harpago Cyri potestati subiectam esse refert.

153 ταῦτα εἰπόντος τοῦ κήρυκος λέγεται Κῦρον ἐπειρεσθαι κ.τ.λ.

158 sq narrat Pactyam Lydum, qui a Cyro defecerat, tum Persas fugientem ad Cymaeos se contulisse, illos Aristodicum civem ad Branchidarum oraculum misisse, qui deum de Pactya,

Persis prodendo consuleret 159 . . . ποιόντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα λέγεται φωνήν ἐκ τοῦ ἀδύτου γενέσθαι

I 174 narrat Cnidios, cum Harpago appropinquante agrum suum paeninsularem fossa exstructa totum a continenti separare suscepissent, gravibus morbis, dum terram perfoderent, affectos, oraculum Delphicum adiisse et Pythiam eos fossam facere vetuisse: ἐπεμπον ἐς Δελφούς θεοπρόπους . . . ἡ δὲ Πυθίη σφι, ὡς αὐτοὶ Κνίδιοι λέγουσι, χρά

I 177 τὰ μὲν νυν κάτω τῆς Ἀσίας Ἄρπαγος ἀνάστατα ἐποίησε, τὰ δὲ ἄνω αὐτῆς αὐτὸς Κῦρος, πᾶν ἔθνος καταστρεφόμενος. τὰ μὲν νυν αὐτῶν πλέω παρήσομεν, τὰ δὲ ἀξιαπηγητότατά ἐστι, τούτων ἐπιμνήσομαι. 178 Κῦρος ἐπέειπε τὰ πάντα τῆς ἡπείρου ὑποχείρια ἐποίησατο, Ἀσσυρίοισι ἐπετίθετο. 188—191 refert de Babylone a Persis oppugnata.

191 ὑπὸ δὲ μεγάρθεος τῆς πόλιος, ὡς λέγεται ὑπὸ τῶν ταύτῃ οἰκημένων, τῶν περὶ τὰ ἔσχατα τῆς πόλιος ἐαλωκότων τοὺς τὸ μέσον οἰκόντας οὐ μανθάνειν ἐαλωκότας. Aristot. Pol. III, 3, 1276 ἦς γέ φασιν ἐαλωκυίας τρίτην ἡμέραν οὐκ αἰσθέσθαι τι μέρος τῆς πόλεως.

In Cambysis historia ad Persas, Aegyptios, Ammonios, Graecos, in Aegypto nempe habitantes, provocat:

Persae narrant, qua de causa Amasi bellum inferre Cambyses animum induxerit (III 1); illi de rebus a Cambyse, dum in Aegypto versabatur, gestis auctores proferuntur:

III 14 Herodotus refert de Psammeniti constantia a Cambyse temptata. ὁ δ' ἀμείβετο τοισίδε. ὦ παῖ Κύρου, τὰ μὲν οἰκῆμα ἦν μέζω κακὰ ἢ ὥστε ἀνακλαίειν καὶ ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ὑπὸ τούτου εὐδοκίειν σφι εἰρῆσθαι, ὡς δὲ λέγεται ὑπ' Αἰγυπτίων, δακρύειν μὲν Κροῖσον αὐτῷ τε Καμβύσῃ ἐσελθεῖν οἰκτόν τινα. c. 26 de expeditione a Persis contra Ammonis oraculum suscepta.

οἱ δ' αὐτῶν ἐπ' Ἀμμωνίους ἀποσταλέντες ἀπικόμενοι φανεροὶ εἶσι ἐς Ὅασιν πόλιν. ἐς μὲν δὴ τοῦτον τὸν χῶρον λέγεται ἀπικέσθαι τὸν στρατὸν, τὸ ἐνθεῦτεν δὲ, ὅτι μὴ αὐτοὶ Ἀμμωνίοι καὶ οἱ τούτων ἀκούσαντες, ἄλλοι οὐδένεες οὐδὲν ἔχουσι εἰπεῖν περὶ αὐτῶν. οὔτε γὰρ ἐς τοὺς Ἀμμωνίους ἀπικόνοτο οὔτε ὀπίσω ἐνδύστησαν. λέγεται δὲ τάδε ὑπ' αὐτῶν Ἀμμωνίων

c. 31 narrat Cambysen in Aegypto duas sorores germanas connubio secum iunxisse, earum alteram vero brevi trucidasse. 32. ἀμφὶ δὲ τῷ θανάτῳ αὐτῆς διζῶς ὡσπερ περὶ Σμέρδιος λέγεται λόγος. Ἕλληνες μὲν γὰρ λέγουσι Αἰγύπτιοι δὲ Contra 30: ὁ δὲ ἀναβὰς ἐς Σοῦσα ἀπέκτεινε Σμέρδιν, οἱ μὲν λέγουσι, ἐπ' ἄγρην ἐξαγαγόντα, οἱ δὲ item c. 9: οὗτος μὲν ὁ πιθανώτερος τῶν λόγων εἴρηται (qua via Persae ex Syria in Aegyptum invaserint), δεῖ δὲ καὶ τὸν ἕσσον πιθανὸν, ἐπεὶ γε δὴ λέγεται, ῥηθῆναι.

Darei res narrans:

III 87 οἱ μὲν δὴ φασὶ τὸν Οἰβάρεα ταῦτα μηχανήσασθαι, οἱ δὲ τοιαῦδε, καὶ γὰρ ἐπ' ἀμφοτέρα λέγεται ὑπὸ Περσέων.

III 160 πολλάκις Δαρεῖον λέγεται γνώμην τήνδε ἀποδέξασθαι

V 105 Δαρεῖφ ὡς ἐξηγγέλθη Σάρδις ἐμπεπρῆσθαι, πρῶτα λέγεται

VI 14 sq agit de proelio navali apud Ladam insulam commissa λέγονται Σάμιοι ἀειράμενοι τὰ ἱστία ἀποπλῶσαι ἐκ τῆς τάξιος.

VI 45 de naufragio, quod apud Athoem montem Mardonii classis fecerit.

λέγεται κατὰ τριηκοσίας τῶν νεῶν τὰς διαφθαρείσας εἶναι.

V 49 Ἀπικνέεται ὁ Ἄρισταγόρης ἐς τὴν Σπάρτην Κλεομένεος ἔχοντος τὴν ἀρχὴν, τῷ δὴ ἐς λόγους ἦγε, ὡς Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, ἔχων χάλκεον πύνακα, ἐν τῷ γῆς ἀπάσης περιόδος ἐνετέμμητο.

Denique in Xerxis belli historia:

VII 12 καὶ δὴ κου ἐν τῇ νυκτὶ εἶδε ὄψιν τοιήνδε, ὡς λέγεται ὑπὸ Περσέων. ἐδόκει δὲ Ξέρξης (Wecklein, Tradition der Perserkriege p. 249: *»da die in der Erzählung von den Träumen des Xerxes und Artabanos sich kundgebenden Anschauungen durchaus griechisch sind, so ist sehr zu wundern, dass sie auf persische Quellen zurückgeführt wird (ὡς λέγεται ὑπὸ Περσέων). Es muss sich also damit ebenso verhalten, wie mit der bekannten Debatte der Perser über die beste Staatsverfassung (III 80 ff) oder mit der medischen Sage von ihrer Stamm-mutter Medea (VII 62)«.*

VIII 120 narrat Xerxem in Asiam redeuntem cum Abderitis hospitium iunxisse eosque gladio aureo et tiara auro distincta donavisse. φαίνεται Ξέρξης ἀπικόμενος ἐς Ἀβδηρα καὶ δωρησάμενος αὐτοῖς, καὶ, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Ἀβδηρῆται, λέγοντες ἔμοιγε οὐδαμῶς πιστὰ, πρῶτον ἐλόσατο τὴν ζώνην φεύγων ἐξ Ἀθηγέων.

VIII 129 ἐπῆλθε πλημυρίς τῆς θαλάσσης μεγάλης, ὄση οὐδαμά κω, ὡς οἱ ἐπιχώριοι λέγουσι, πολλάκις γενομένη.

VIII 133 sq. refert Myem quendam a Mardonio dimissum esse ad Graecorum oracula eumque Lebadeam et Abas venisse atque Thebis oracula Amphiarai et Apollinis Ismenii et Ptoici adiisse. 135 τὸδε τὸ θῶνμά μοι μέγιστον γενέσθαι λέγεται ὑπὸ Θηβαίων, ἐλθεῖν ἄρα τὸν Μῦν, περιστροφώμενον πάντα τὰ χρηστήρια, καὶ ἐς τοῦ Πτώου Ἀπόλλωνος τὸ τέμενος κ. τ. λ.

IX 119 οἱ Ἕλληνες ἤγαγον ἐς Σηρατὸν τὸν Ἀρταύκτην δεδεμένον. 120 καὶ τερ τῶν φυλασσόντων λέγεται ὑπὸ Χερσονησιτέων ταρίχους ὀπτῶντι τέρας γενέσθαι τοιόνδε.

Contra VII 56 ἐνθαῦτα λέγεται Ξέρξω ἤδη διαβεβηκὸς τὸν Ἑλλησπόντον ἄνδρα εἰπεῖν Ἑλλησπόντιον 212 ἐν παύτῃσι τῇσι προσδόοισι τῆς μάχης λέγεται βασιλεῖα θεούμενον πρὸς ἀναδραμεῖν ἐκ τοῦ θρόνου, δείσαντα περὶ τῆ στρατιῆς. VIII 88 Ξέρξην δὲ εἶπαι λέγεσθαι· οἱ μὲν ἄνδρες γεγόνασί μοι γυναῖκες κ. τ. λ.

III 10 per occasionem mirae rei Herodotus meminit, quae sub Psammeniti regno in Thebanorum urbe accidit: ergo Thebanos eam dicit narrare: ἐπὶ Ψαμμηνίτου φάσμα Αἰγυπτίοισι μέγιστον δὴ ἐγένετο. ὕσθησαν γὰρ Θῆβαι αἱ Αἰγύπτιαι, οὔτε πρότερον οὐδαμὰ ὕσθεισαι οὔτε ὕστερον τὸ μέχρι ἐμεῦ, ὡς λέγουσι αὐτοὶ Θηβαῖοι.

Denique his locis quod quemque populum narrare audimus, id ad arbitrium Herodotus ei tribuit:

IV 5—12 de Scytharum origine triplicem in modum refert; primum, a filio Iovis et Borysthenis fluvii filiae eos ortos esse, ut Scythae ipsi sumebant (IV 5—7 ὡς Σκύθαι λέγουσι), deinde, quod Graeci Pontici finxerant, Scythicae gentis auctorem Scytham esse, quem Hercules in Scythia ex echidna genuerit (8—10 Ἑλλήνων οἱ τὸν Πόντον οἰκέοντες λέγουσι). Praeterea haec scripsit: c. 11 ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος ἔχων ὧδε . . ., Scythas ex Asia a Massagetis expulsos in Scythiam migrasse, postquam

Cimmerii, qui tum ibi habitarent, sua sponte inde cessissent, eosque, cum illos persequerentur, in Medorum fines invasisse. τοὺς Κιμμερίους οὕτω τὴν ἔξοδον ἐκ τῆς χώρας ποιέεσθαι, Σκύθας δὲ ἐπελθόντας λαβεῖν ἐρήμην τὴν χώραν. 12 καὶ νῦν ἔστι μὲν ἐν τῇ Σκυθικῇ Κιμμέρια τεῖχεα, φαίνονται δὲ οἱ Κιμμέριοι φεύγοντες ἐς τὴν Ἀσίην τοὺς Σκύθας. φανεροὶ δὲ εἰσι καὶ οἱ Σκύθαι διώξαντες αὐτοὺς καὶ ἐσβαλόντες ἐς γῆν τὴν Μηδικήν. οὗτος δὲ ἄλλος ζυγὸς Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάγων λεγόμενος λόγος εἴρηται. Non multis verbis opus est ad demonstrandum, Herodotum haec verba scribentem non auctores significasse, a quibus illud audiverit, sed cupidum, ad primos cuiusque rei auctores provocare, cum alii non essent praeter Scythas Graecosque in Scythia habitantes, ad quos de rebus Scythicis provocaret, finxisse ab ambobus illud narrari.

VI 133 sq narrat Miltiadem, contra Parios expeditione facta, illis centum talenta imperasse; eos vero muros firmasse et ad urbem defendendam se paravisse (133); deinde Miltiadi mulierem quandam Pariam, spe urbis expugnandae ei oblata, persuasisse, ut in templum Cereris ante urbem situm intraret, quod viro nefas esset; quod cum conaretur, templi murum desilientem graviter vulneratum esse atque ita exercitum a Paro abduxisse et domum revertisse. Parios autem Delphos misisse deum consulentes, num mulierem illam supplicio affici vellet. ἡ δὲ Πυθίη οὐκ ἔα, φᾶσα οὐ Τιμοῦν εἶναι τὴν αἰτίην τούτων, ἀλλὰ δέειν γὰρ Μιλτιάδεα τελευτᾶν μὴ εὔ, φανῆναι οἱ τῶν κακῶν κατηγεμόνα.

133 Μιλτιάδης ἔπλεε ἐπὶ Πάρον . . . Πάριοι διενουῶντο, ὅπως διαφυλάξουσι τὴν πόλιν . . . τῆμάλιστα ἔσκε ἐπίμαχον τοῦ τεύχεος, τοῦτο ἐξήειρετο διπλήσιον τοῦ ἀρχαίου. 134 ἐς μὲν δὴ τοσοῦτο τοῦ λόγου οἱ πάντες Ἕλληνες λέγουσι, τὸ ἐνθεῦτεν δὲ αὐτοὶ Πάριοι γενέσθαι ὧδε λέγουσι. Μιλτιάδῃ ἔλθειν ἐς λόγους γυναῖκα Παρίην γένος κ. τ. λ. Hoc a Parisiis audivit Herodotus, illud praeter eos ab aliis Graecis? Sed si Ephori fragmentum 107 consideramus, qui narravit Parios a Miltiade obsessos iam dedituros se fuisse, sed subito naves Persicas auxilio advenire opinatos pacis condiciones dimisisse atque Miltiadem, eiusdem rei metu commotum, a Paro recessisse, hoc fragmento cum narratione Herodotea comparato apparet Herodotum de Paria Miltiadis expeditione narrantem initio ex eodem fonte haussisse, ex

quo Ephorus, ex cuiusdam scriptoris *ζυγγραφῆ* Ἀττικῆ aut Περσικοῖς, hunc autem solum sequi omisisse et ex alio fonte non discrepantia, sed plane nova exprompsisse, magis ei probata, quia eius intererat scire Miltiadem scelus contra Parios commisisse; nam ita intellegere sibi visus est, quod ille contra eos rem male gessit. Itaque illud, cum vulgo ita de Miltiade traditum esset, omnes Graecos, hoc autem, singulariter de Paria Miltiadis expeditione a scriptore quodam *τερατολόγῳ* narratum, Parios solos narrare dixit.

Ita ceteros Graecos narrare dicit, Aristodemi liberos Dorienses in Laconiam duxisse, Lacedaemonios solos, eum ipsum: VI 52 *Λακεδαιμόνιοι ὁμολογέοντες οὐδενὶ ποιητῆ λέγουσι αὐτὸν Ἀριστόδημον . . .* 53 *ταῦτα Λακεδαιμόνιοι λέγουσι μούνοι Ἑλλήνων.* Illud nempe a plurimis fabularum scriptoribus traditum erat, hoc recentiores poetae genealogici novaverant; hoc loco Lacedaemonios solos auctores profert narrationis de Argea ex Cadmeis, matre Eurysthenis et Procli; IV 145 sq de Argeae fratre Thera narrans ad Lacedaemonios et ad Theraeos provocat: unde cognosci potest, quae ratio inter Spartiatas illos, quos Lacedaemone Herodotus convenit, et illam narrationem exstiterit. — Item de Lycurgo diversum in modum narrans alterius narrationis auctores Lacedaemonios ipsos laudat, alterius Graecos nonnullos: I 65 *Λυκούργου ἐλθόντος ἐς Δελφούς, ὡς ἐστὶ ἐς τὸ μέγαρον, ἰθὺς ἢ Πυθίῃ λέγει τάδε . . . οἱ μὲν δὴ τινες πρὸς τοῦτοισι λέγουσι καὶ φράσαι αὐτῶ τὴν Πυθίην τὸν νῦν κατεστεῶτα κόσμον Σπαρτιήτησι, ὡς δ' αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, Λυκούργον ἐπιτροπέυσαντα Λεωβώτῳ ἀδελφιδέου μὲν ἑωυτοῦ . . . ἐκ Κρήτης ἀγαγέσθαι ταῦτα κ. τ. λ.* Utramque scriptores tradiderant. Nam illos *τινάς* nemo profecto putabit privatos quosdam homines Graecos fuisse, quibuscum Herodotus de Lycurgo colloquium habuerit; item a Lacedaemoniis eum, quae de Lycurgo narrat, non audivisse cum per se consentaneum sit (cf. VI 137 *τοῦτο οὐκ ἔχω φράσαι πλὴν τὰ λεγόμενα, ὅτι Ἐκαταῖος ἔφησε . . . ὡς δὲ αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγουσιν . . .*), tum inde apparet, quod ea ipsa, quae Lacedaemonios narrare dicit, apud scriptores, qui post eum fuerunt, multis rebus aucta legimus (Aristot. Polit. II 10, 1271 b, id. ap. Plut. Lyc. 5, Ephor. fr. 64 ap. Strab. X 481; alia praeterea de Lycurgo ap. Aristot. II 9, 1270 a, item de Theopompo

ab Herodoto, ubi régēs a Procle oriundi enumerantur, tantum nominato, VIII 11, 1313 a): Plane vero ad arbitrium Herodotum ad Lacedaemonios provocasse Ephorus luculenti testimonio est, qui Lycurgum leges in Creta didicisse (Herod. αὐτοὶ Λακεδ. λέγουσι Λυκοῦργον ἐκ Κρήτης ἀγαγέσθαι ταῦτα) a Cretensibus narrari dixit (Strab. l. l. λέγεσθαι δ' ὑπὸ Κρητῶν ὡς καὶ παρ' αὐτοὺς ἀφίκοιτό Λυκοῦργος κ. τ. λ.): cf. Plutarch. Lyc. 4: Αἰγύπτιοι καὶ πρὸς αὐτοὺς ἀφικέσθαι τὸν Λυκοῦργον οἴονται.

VII 148 sq Argivos narrare dicit, se statim, cum bellum instaret, oraculum Delphicum consuluisse et iussos ab eo pacem agere tamen Graecis se auxilium laturos fuisse, si dimidia imperii pars ipsis concessa esset; quam condicionem cum Graecorum legati repudiassent, se eos ex curbe cedere iussisse.

150 αὐτοὶ μὲν Ἀργεῖοι τὸσαῦτα τούτων πέρι λέγουσι, ἔστι δὲ ἄλλος λόγος λεγόμενος ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα: Xerxem, antequam in Graeciam proficisceretur, Argivos per legatos adhortatum esse, ne contra Persas, Persei Argivi prolem, dimicarent, atque Argivos eo nuntio commotos illud a Graecis postulasse, bene gnaros repulsam se laturos esse. οὕτω δὲ ἐπισταμένους, ὅτι οὐ μεταδώσουσι τῆς ἀρχῆς Λακεδαιμόνιοι, μεταίτεέν, ἵνα ἐπὶ προφάσις ἡσυχίην ἄγωσι.

151 συμπεσεῖν δὲ τούτοις καὶ τόνδε τὸν λόγον λέγουσί τινες Ἑλλήνων: cum legati Argivorum una cum Callia Atheniensi Susis versarentur; Artaxerxem dixisse foedus, quod Xerxes cum illis fecisset, etiamtum valere sibi que omnium Graecorum Argivos maxime in deliciis esse:

152 εἰ μὲν νυν Ξέρξης τε ἀπέπεμψε ταῦτα λέγοντά κήρυκά ἐς Ἄργος καὶ Ἀργείων ἄγγελοι ἀναβάντες ἐς Σούσα ἐπειρώτων Ἀρτοξέρξεα περὶ φιλίης, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν, οὐδέ τινα γνώμην περὶ αὐτῶν ἀποφαίνομαι ἄλλην γε ἢ τὴν περ αὐτοὶ Ἀργεῖοι λέγουσι.

Quod 150 Herodotus narrat (ἔστι λόγος λεγόμενος ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα), non tum, cum Athenis versabatur, Graeci inter se narrabant atque ita ille comperit, sed ipsa Xerxis belli aetate a Graecis quibusdam Argivorum odio id inventum et per Graeciam vulgatum ab illis scriptoribus, ad quos provocat, memoratum esse ex ipsius Herodoti verbis luculenter cerni potest (συμπεσεῖν τούτοις . . . λέγουσι τινὲς Ἑλλήνων); item, quod Argivos

narrare dicit, non tum ex Argivorum quorundam ore audivit, sed spero me non repudiatum iri dicentem, eum, cum non omnia probaret, quae de Argivis, quomodo Persarum bellis se gessissent, tradita erant, quae veri similia ei videbantur esse, haec e suo ad Argivos ut auctores rettulisse.

Denique II 91 dicit Chemmitas, cum de Perseo eos sciscitatus esset, rettulisse eum ipsorum civem esse; Danaum enim et Lynceum Chemmi in Graeciam vectos esse . . . ἀπὸ τούτων γενεηλογέοντες κατέβαινον ἐς τὸν Περσέα, eosque narrasse, Perseum in Libyam profectum κατ' αἰτίην, τὴν καὶ Ἑλληνες λέγουσι, οἷσόντα τὴν Γοργοῦς κεφαλὴν, in Aegyptum venisse et ipsorum oppidum visissē et propinquos omnes cognovissē, τὸ τῆς Χέμμιοις οὖνομα πεπουσμένον παρὰ τῆς μητρὸς. Chemmis oppidi incolae (nequē enim ad interpretes, ad quos de talibus vulgo confugiunt, Herodotus provocat: οὗτοι οἱ Χεμμῖται λέγουσι εἰρομένου δέ μευ ἔφασαν τὸν Περσέα ἐκ τῆς ἐσωτῶν πόλιος γεγονέναι). Graeco sermone Persei proavos enumerasse et de eius rebus gestis apud Herodotum rettulisse, cogitari prorsus nequit; sed, cum Chemmitae deum quendam colerent, qui cum Graecorum Perseo comparari posset (ἔστι Χέμμις πόλις. ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἔστι Περσέος τοῦ Δανάης ἱρὸν . . . οὗτοι οἱ Χεμμῖται λέγουσι τὸν Περσέα πολλάκις ἀνὰ τὴν γῆν φαίνεσθαι σφι), aut Herodotus ipse illud finxit, ut fabulam de Aegyptia Persei origine illustraret, aut ante eum mythographus aliquis, eius ille quidem similis, qui Perseum Assyrium gente fuisse et inde ad Graecos migravisse dixit. (VI 54 ὡς ὁ Περσέων λόγος λέγεται). Ad Chemmitas autem provocavit, quemadmodum sacerdotes Aegyptios de Helena in Aegypto versante sibi narravisse mentitus est.

Nec vero solus Herodotus hac ratione in rerum, quas narrat, auctoribus laudandis usus est, sed, id quod passim iam vidimus, multi alii scriptores Graeci saepe plane ad arbitrium ad civitates Graecas gentesque barbaras ipsas, ut ad quosque res spectabat, provocaverunt:

Thucyd. IV 120 Σκιώνη ἐν τῇ Παλλήνῃ πόλις ἀπέστη ὑπ' Ἀθηναίων. φασὶ δὲ οἱ Σκιωναῖοι Πελληνῆς μὲν εἶναι ἐκ Πελοποννησοῦ, πλείοντας δ' ἀπὸ Τροίας σφῶν τοὺς πρώτους κατενεχθῆναι ἐς τὸ χωρίον τοῦτο τῷ χειμῶνι ᾧ ἐχρήσαντο Ἀχαιοί.

I 9 λέγουσι οί τὰ σαφέστατα Πελοποννησίων μνήμη παρὰ τῶν πρότερον δεδεγμένοι Πέλοπα τὴν ἐπωνυμίαν τῆς γῶρας ἐπηλον ὄντα. ἕως σχεῖν (Pelopem narrant ii Peloponnesiorum, qui certissimam memoriam de eo a maioribus acceperunt).

Plat. Polit. II 8, 366 αἱ τελεταὶ μέγα δύνανται ὡς αἱ μέγιστα πόλεις λέγουσιν καὶ οἱ θεῶν παῖδες ποιηταί.

Ephor. ap. Strab. X 482 . . . λέγεσθαι ὑπὸ τῶν Κρητῶν ὡς παρ' αὐτοὺς ἀφίκοιτο Λυκοῦργος.

Diodor. III 66, 5 περὶ Διονύσου διέξιμεν τὰ παρὰ τοῖς Λίβυσι λεγόμενα καὶ τῶν Ἑλληνικῶν συγγραφέων ὅσοι τούτοις σύμφωνα γεγράφασι. Item Herodotum rerum Indicarum auctores Libyes protulisse vidimus.

IV 77 ἐν Νύσῃ μυθολογοῦσιν οἱ ἐγχώριοι ἀρχαῖοι τραφήναι τὸν Διόνυσον.

V 52 μυθολογοῦσι Νάξιοι περὶ τοῦ θεοῦ τούτου (de Dionysio) . . .

V 83 τὰ παρὰ τοῖς Τενεδίοις μυθολογούμενα περὶ τοῦ κτίσαντος τὴν πόλιν Τένου.

IX 13 de Biantis animo generoso narrat φασὶν οἱ Πριηνεῖς.

Plutarch. Lycurg 4: Αἰγύπτιοι πρὸς αὐτοὺς ἀφικέσθαι τὸν Λυκοῦργον οἴονται, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων γενῶν τοῦ μαχίμου διακρισιν μετενεγκεῖν εἰς τὴν Σπάρτην. ταῦτα μὲν οὖν Αἰγυπτίοις ἔνιοι καὶ τῶν Ἑλληνικῶν συγγραφέων μαρτυροῦσιν. V. Herod. II 167.

Lucian. Timon. 6: εἰ μὴ ἀληθῆ ἔστι τὰ ὑπὸ Κρητῶν περὶ σοῦ (Mercurium cum Iove colloquentem facit) καὶ τῆς ἐκεῖ ταφῆς μυθολογούμενα.

Icaromenipp. 19 (de Myrmidonibus loquitur) τοὺς παλαιούς μύθους ἐπίσκεψαι τῶν Θετταλῶν.

Philospseud. 3 Κρηῖτες τὸν Διὸς τάφον δεικνύοντες οὐκ αἰσχύνονται, Ἀθηναῖοι δὲ τὸν Ἐρεχθεά ἐκ τῆς γῆς ἀναδοθῆναι φασί, πολὺ σεμνότερον οὗτοι τῶν Θηβαίων, οἱ ἐξ ὄψεως ὀδόντων Σπαρτοῦς τινὰς ἀναβεβλαστηκέναι διηγοῦνται.

Pausan. I 1, 4: τὸν Φάληρον Ἀθηναῖοι πλεῦσαι μετὰ Ἰάσονός φασιν ἐς Κόλχους.

I 4, 21 Ἀθηναῖοί φασιν Ἀντιόπην ὑπὸ Μολπαδίας τοξευθῆναι, Μολπαδίαν δὲ ἀποθανεῖν ὑπὸ Θησέως.

I 8, 2 Καλλίας πρὸς Ἄρτα ξέρειν τοῖς Ἕλλησιν, ὡς Ἀθηναίων οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἔπραξε τὴν εἰρήνην.

I 23, 3 refert Mycalessum oppidum a Diotrephe Atheniensi eiusque mercennariis Thraciis devastatum esse (Thuc. VII 29 sq.), ὅποσα λέγουσιν Ἀθηναῖοι.

III 24, 3 οἱ θεὸ ἀνθρώποι (Brasiatas dicit) λέγουσιν, οὐδέσιν ὁμολογοῦντες Ἕλλησιν, ὡς Σεμέλη τέκοι τὸν παῖδα ἐκ Διός. § 4: Βρασιᾶται τάδε ἐπιλέγουσιν, Ἰνώ σφισιν ἐς τὴν χῶραν ἀφικέσθαι πλανωμένην.

VII 2, 5 Μιλήσιοι αὐτοὶ τοιαῦτα ἀρχαιοτάτα σφισιν εἶναι λέγουσιν.

VIII 10, 9 ἄδεται ὑπὸ Ἀθηναίων ὡς θεοὶ σφισιν ἐν Μαραθῶνι καὶ ἐν Σαλαμῖνι τοῦ ἔργου μετᾶσχοιεν.

VII 54, 6 Φιδιπίδη φανῆναι τὸν Πᾶνα καὶ εἰπεῖν τὰ πρὸς αὐτὸν Ἀθηναῖοι τε καὶ κατὰ ταῦτά Τεγεᾶται λέγουσιν.

III 19, 11 ὃν οἶδα λέγοντας Κροτωνιάτας περὶ Ἑλένης λόγον, ὁμολογοῦντας δὲ σφισι καὶ Ἰμεραίους, ἐπιμνησθήσομαι καὶ τοῦδε.

II 5, 2 Φλιάσιοι φασὶ (de Asopo fluvio) Θηβαῖοι οὐχ ὁμολογοῦσι τὰ δὲ ἄλλα ἐς τὸν ποταμὸν Φλιάσιοι καὶ Σικυώνιοι λέγουσιν.

V 25, 12 ἤκουσα ἐν Θάσφ v. p. 35.

Philostat. vit. soph. II 29, 1: τὸν Ἀριστείδην Ἀθηναῖοι ἄδουσι μετὰ τὴν ἐπίταξιν τῶν φόρων ἐπανελθεῖν σφισιν ἐν τῷ προτέρῳ τρίβωνι.

v. Apoll. III 49 ἃ δ' Αἰγύπτιοι περὶ αὐτοῦ ἄδουσιν (de Phoenice ave) ὡς ἐς Αἴγυπτον φέρεται, καὶ Ἴνδοι ξυμμαρτυροῦσι.

Athenae. XV 680 B λέγεται μῦθος ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων, ὅτι οἱ Αἰθίοπες στελλόμενοι ὑπὸ τοῦ Τιθωνοῦ εἰς Τροίαν

Etiam apud scriptores Latinos in huiusmodi locos incurrimus. Cic. p. Arch. 8: *Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnaei vero suum esse confirmant,*

et nos quoque similiter loquimur; e. g.: *die Hamelner erzählen, wie durch einen Rattenfänger . . .*, *in Thüringen erzählt man sich . . .*, *in Thüringen geht die Sage . . .*.

Sed multis locis, ubi homines quosdam aut populum quendam narravisse aliquid aut narrare dicit, ad veros rei auctores provocat; nec vero omnes, quos ita testes profert, ipse adiit ipseque ab iis audivit, quod narrare eos dicit.

II 45 λέγουσι πολλὰ καὶ ἄλλα ἀνεπισκέπτως οἱ Ἕλληνες, εὐθήτης δὲ αὐτῶν καὶ ὅδε ὁ μῦθος ἔστιν, τὸν περὶ τοῦ Ἡρακλέους λέγουσι: eum, cum in Aegyptum venisset et Aegyptii eum ad aram immolaturi essent, subito vinculis liberatum innumeros interfecisse. — Pherecyd. fr. 33: Ἡρακλῆς ἀφικνεῖται εἰς Μέμφιν παρὰ Βούσιριν, ὃν κτείνει καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ καὶ τοὺς ὀπάνας πρὸς τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς, ἔνθα ἐξενοχτόνουν.

II 91 Περσέα ἀπικόμενον ἐς Αἴγυπτον κατ' αἰτίην, τὴν Ἕλληνες λέγουσι, οἷσνοντα ἐκ Λιβύης τὴν Γοργόυς κεφαλὴν.

II 118 μάταιον λόγον λέγουσι οἱ Ἕλληνες τὰ περὶ Ἰλίου γενέσθαι.

II 145 ἐκ Πηνελόπης καὶ Ἑρμῆω λέγεται γενέσθαι ὑπὸ Ἑλλήνων ὁ Πᾶν.

II 146 Διόνυσον λέγουσι οἱ Ἕλληνες ὡς αὐτίκα γενόμενον ἐς τὸν μηρὸν ἐνεργάσατο Ζεὺς καὶ ἔναικε ἐς Νῦσαν. Pherecyd. ap. Mythogr. Vatican. I § 120 (fr. 46): *Liberum conceptum utero Iuppiter incendio eripuit ac femori insuit suo. Postea Nymphis, quae Nysam frequentabant, clam tradidit nutriendum.*

IV 8 Γηρυόνα οἰκείειν ἔξω τοῦ Πόντου, κατοικημένον τὴν οἱ Ἕλληνες λέγουσι Ἑρύθειαν νῆσον ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ.

IV 85 τὰς Κουανέας πρότερον πλαγκτὰς Ἕλληνές φασι εἶναι.

VII 94 Ἴωνες ὅσον χρόνον ἐν Πελοποννήσῳ οἴκον, ὡς Ἕλληνες λέγουσι, ἐκαλέοντο Πελασγοὶ Αἰγιαλέες. 95 Αἰολέες τὸ πάλαι καλεόμενοι Πελασγοί, ὡς Ἑλλήνων λόγος.

VII 189 Βορέης κατὰ τὸν Ἑλλήνων λόγον ἔχει γυναῖκα Ἀττικὴν, Ὠρεῖθειαν τὴν Ἑρεχθέος. cf. Acusilai frg. 23.

IV 45 Λιβύη ἐπὶ Λιβύης λέγεται ὑπὸ τῶν πολλῶν Ἑλλήνων ἔχειν τὸ οὖνομα γυναικὸς αὐτόχθονος.

Hi Ἑλληνες poetae Graeci aut scriptores γενεαλόγοι erant. Item Hecataeus scripsit: οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι πολλοὶ τε καὶ γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονται, εἰσὶν (fr. 322), item Pausanias Herodotum imitans fabulis memoratis multis locis ad universos Graecos provocat: I 20, 3 λέγεται ὑπὸ Ἑλλήνων, ὡς Ἦρα ῥίψαι γενόμενον Ἥφαιστον. VIII 3, 6 ταύτῃ Καλλιστοῖ (λέγω δὲ τὰ λέγεται ὑπὸ Ἑλλήνων) συνεγένετο ἐρασθεὶς Ζεὺς. X 29, 5 τὰ ἐς Διόνυσον πολλὰ ὑπὸ Ἑλλήνων λεγόμενά ἐστιν. Nos quoque similiter dicimus: *es ist eine deutsche Sage.*

Item his locis scriptores quosdam Graecos respiciens in universon dixit Graecos narrantare:

I 216 Νόμοισι χρέονταί τοισιδὲ (de Massagetis agit). γυναῖκα μὲν γαμέει ἕκαστος, ταύτῃσι δὲ ἐπίκοινα χρέονται. τὸ γὰρ Σκύθας φασὶ Ἑλληνες ποιέειν, οὐ Σκύθαι εἰσὶ οἱ ποιῶντες, ἀλλὰ Μασσαγῆται.

IV 109 ὑπὸ Ἑλλήνων καλέονταί τε καὶ οἱ Βουδῖνοι Γελωνοί, οὐκ ὀρθῶς καλεόμενοι.

I 73 οἱ Καππαδόκῃ. ὑπὸ Ἑλλήνων Σύριοι οὐνομάζονται. cf. Hecat. fr. 195.

IX 20 Μασίστιος, τὸν Ἑλληνες Μακίστιον καλέουσι.

I 75 ὡς ἀπικετο ἐπὶ τὸν Ἄλυν ὁ Κροῖσος, τὸ ἐνθεῦτεν, ὡς μὲν ἐγὼ λέγω, κατὰ τὰς ἐούσας γεφυρὰς διεβίβασε τὸν στρατὸν, ὡς δὲ ὁ πολλὸς λόγος Ἑλλήνων θαλῆς οἱ διεβίβασε.

II 3 ὧδε μὲν γενέσθαι τῶν ἱρέων τοῦ Ἥφαιστου ἐν Μέμφι ἤκουον (quomodo Psammetichus quaesiverit, quae gens antiquissima esset). Ἑλληνες δὲ λέγουσι ἄλλα τε μάταια πολλὰ καὶ ὡς ὁ Ψαμμήτιχος . . .

II 15 εἰ βουλόμεθα γνώμησι τῆσι Ἰωνῶν χρᾶσθαι τὰ περὶ Αἴγυπτον, οἳ φασὶ τὸ Δέλτα μόνον εἶναι Αἴγυπτον, ἀπὸ Περσέος καλεομένης σκοπιῆς λέγοντες τὸ παρὰ θάλασσαν εἶναι αὐτῆς μέχρι Ταριχηέων τῶν Πηλουσιακέων.

II 16 Ἑλληνάς τε καὶ αὐτοὺς Ἴωνας ἀποδείκνομι οὐκ ἐπισταμένους λογίζεσθαι, οἳ φασὶ τρία μόρια εἶναι γῆν πᾶσαν . . .

VII 150 ἔστι λόγος λεγόμενος ἀνά τὴν Ἑλλάδα, ὡς Ξέρξης ἔπεμψε κήρυκα ἐς Ἀργῶς . . . ; non, quo tempore Herodotus historiae scribendae operam dabat, sed tum ipsum, cum illa acciderunt, runtor ille Graeciam pervasit. v. p. 54.

Item his locis manifestum est, non significare fontem Herodotum, ex quo ipse hauserit.

VIII 94 Ἀδεΐμαντον τὸν Κορίνθιον στρατηγὸν λέγουσι Ἀθηναῖοι αὐτίκα κατ' ἀρχὰς τὰ ἱστία ἀειράμενον οἴχεσθαι φεύγοντα. τοῦτους μὲν τοιαύτη φάτις ἔχει ὑπὸ Ἀθηναίων. cf. V 66: Κλεισθένης, ὅσπερ λόγον ἔχει τὴν Πυθίην ἀναπεῖσαι; V 71 φονεῦσαι δὲ αὐτοὺς (socios Cylonis) αἰτίη ἔχει Ἀλκμαιωνίδας; sed c 70: τὸν Κλεομένηε εἶχε αἰτίη φοιτᾶν παρὰ τοῦ Ἰσαγόρευ τὴν γυναῖκα.

VI 14 ὡς δε ἀγχοῦ ἐγένοντο καὶ συνέμισγον ἀλλήλοισι (de pugna apud Ladam commissa agit), τὸ ἐνθεῦτεν οὐκ ἔχω ἀτρεκέως συγγράψαι, οἷτινες τῶν Ἴώνων ἐγένοντο ἄνδρες κακοὶ ἢ ἀγαθοὶ. ἀλλήλους γὰρ κατατιϋνται. λέγονται δὲ Σάμιοι . . .

III 2 Αἰγύπτιοι οἰκητιεῦνται Καμβύσεα, φάμενοί μιν ἐκ τῆς Ἀπρίεω θυγατρὸς γενέσθαι. Κῦρον γὰρ εἶναι τὸν πέμψαντα παρ' Ἀμασιν ἐπὶ τὴν θυγατέρα. cf. Aristot. Pol. IV 1333 b, καὶ τῶν πολιτῶν τῷ δυναμένῳ τοῦτο πειρατέον διώκειν, ὅπως δόνηται τῆς οἰκείας πόλεως ἄρχειν, ἕπερ ἐγκαλοῦσιν οἱ Λάκωνες Πausανίᾳ τῷ βασιλεῖ. Pausan. I 6, 1: Πτολεμαῖον Μακεδόνες Φιλίππου παῖδα εἶναι νομίζουσι.

Denique his locis verisimile non est ad ea provocare Herodotum, quae ipse a talibus hominibus audiverit, sed haec quoque scriptores memoriae prodiderant:

IV 180 Ἀδσέες τὴν Ἀθηναίην φασὶ Ποσειδέωνος εἶναι θυγατέρα καὶ τῆς Τριτωνίδος λίμνης.

I 172 οἱ Καύνιοι αὐτόχθονες δοκέειν ἐμοί εἶσι, αὐτοὶ μέντοι ἐκ Κρήτης φασὶ εἶναι. cf. Thucyd. VI 2 Σικανοὶ μετ' αὐτοὺς πρῶτοι φαίνονται ἐνοκισάμενοι, ὡς μὲν αὐτοὶ φασι, καὶ πρότερον διὰ τὸ αὐτόχθονες εἶναι, ὡς δὲ ἡ ἀλήθεια εὐρίσκεται, Ἰβηρες ὄντες. (Hekat. fr. 15: Σικάνη πόλις Ἰβήρων.)

V 21 Ἐλληνας εἶναι τοῦτους τοὺς ἀπὸ Πελοπόννησου γεγονότας, κατὰ περ αὐτοὶ λέγουσι.

V 57 οἱ Γεφυραῖοι, τῶν ἦσαν οἱ φονέες οἱ Ἰπάρχου, ὡς μὲν αὐτοὶ λέγουσι, ἐγεγόνεσαν ἐξ Ἐρετρίας, ὡς δὲ ἐγὼ ἀναπυθανόμενος εὐρίσκω, ἦσαν Φοίνικες.

I 171 dicit Cares ipsos putare, aborigines se esse, et Mylasis templum Jovis Carii ostendere, cuius partem nulli habeant praeter Mysos et Lydos ipsorum fratres. — Xanthus

Lydus historicus narraverat Mysos a Lydis ortos esse (fr. 8), et in Lydio oppido Torrhebo sacrum Jovis Carii esse (fr. 2).

IV 133 λέγεται ἡ Ἀσίη ἐπὶ τῆς Προμηθέος γυναικὸς τὴν ἐπωνομίην ἔχειν καὶ τούτου μὲν μεταλαμβάνονται τοῦ ὀνόματος Λυδοί, φάμενοι ἐπὶ Ἀσίῳ τοῦ Κότυος τοῦ Μάνεω κεκλήσθαι τὴν Ἀσίην.

I 133 φασὶ Πέρσαι τοὺς Ἕλληνας σιτεομένους πεινέοντας παύεσθαι. 137 ἀποκτείνει οὐδένα κω λέγουσι τὸν ἑωυτοῦ πατέρα οὐδὲ μητέρα. 138 αἰσχιστον αὐτοῖσι νενόμισται τὸ ὀφείλειν χρέος. μάλιστα γὰρ ἀναγκαίην φασὶ εἶναι τὸν ὀφείλοντα καὶ τι ψεῦδος λέγειν. ὃς ἂν λέπρην ἢ λεύκην ἔχῃ φασὶ μιν ἐς τὸν ἥλιον ἁμαρτόντα τι ταῦτα ἔχειν.

III 89 λέγουσι Πέρσαι, ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος, Καμβύσης δὲ δεσπότης, Κῦρος δὲ πατήρ.

IV 5 ὡς δὲ Σχύθαι λέγουσι, νεώτατον ἀπάντων ἐθνῶν εἶναι τὸ σφέτερον, τοῦτο δὲ γενέσθαι ὧδε κ. τ. λ. c. 8: Ἑλλήνων δὲ οἱ τὸν Πόντον οἰκέοντες λέγουσι ὧδε . . . V. p. 51. Hi Graeci Pontici scriptores inde oriundi, qualis Herodorus Heraclensis fuit, intellegendi sunt, ut Jones illi, ad quos de rebus Aegyptiis provocat. cf. Aristot. Polit. IV 10. 1329: φασὶν οἱ λόγιοι τῶν ἐκεῖ κατοικούντων Ἰταλὸν τινα γενέσθαι βασιλέα τῆς Οἰνωτρῆς.

Hi loci reliqui sunt, et iis solis revera auctores, a quibus ipse audivit, Herodotus significat:

II 125 Cheopis pyramida describens dicit, interpretem, cum titulos ei inscriptos legeret, ut memoria bene retinuerit, narravisse mille sexcenta talenta consumpta esse in raphanos, cepas, allia ab operis comedenda.

II 148 τὰ μετέωρα τῶν οἰκημάτων (labyrinthi) αὐτοὶ ὠρέομεν διεξιόντες, τὰ δὲ αὐτῶν ὑπόγαια λόγοισι ἐπυνοθανόμεθα. οἱ γὰρ ἐπεστεῶτες τῶν Αἰγυπτίων δεικνύουσι αὐτὰ οὐδαμῶς ἤθελον, φάμενοι . . .

II 130 ἀγχοῦ τῆς βοῆς ταύτης ἐν ἄλλῳ οἰκήματι εἰκόνες τῶν Μυκερίνου παλλακῶν ἐστᾶσι, ὡς ἔλεγον οἱ ἐν Σαΐ πόλι ἱρέες. ἐστᾶσι μὲν γὰρ ξύλινοι κολοσσοί . . .

II 143 πρότερον Ἐκαταίῳ τῷ λογοποιῷ ἐν Θήβῃσι γενεηλογήσαντί τε ἑωυτὸν καὶ ἀναδήσαντι τὴν πατριὴν ἐς ἑκαιδέκατον θεὸν ἐποίησαν οἱ ἱρέες τοῦ Διὸς οἶόν τι καὶ ἐμοί. ἐσαγαγόντες ἐς τὸ

μέγαρον ἐξηρίθμεον δεικνύοντες κολοσσὸς ξυλόχου . . . ἀντεγε-
νεηλόγησαν δὲ ὧδε, φάμενοι ἕκαστον τῶν κολοσσῶν πίρωμεν ἐκ πι-
ρώμιος γεγονέναι, ἐς ὃ τοὺς πέντε καὶ πεσσεράχοντα καὶ τριηκισίους
ἀπέδεξαν, καὶ οὔτε ἐς θεὸν οὔτε ἐς ἥρωα ἀνέδησαν αὐτούς.

II 2 narrat, quomodo Psammetichus eruerit, Phryges anti-
quissimum populum esse. 3 ὧδε γενέσθαι τῶν ἱρέων τοῦ Ἡφαί-
στου ἐν Μέμφι ἤκουον. ἤκουσα δὲ καὶ ἄλλα ἐν Μέμφι ἐλθὼν
ἐς λόγους τοῖσι ἱερεῦσι τοῦ Ἡφαίστου, καὶ δὴ καὶ ἐς Θήβας τε
καὶ ἐς Ἡλίου πόλιν ἐτραπόμην, ἐθέλων εἰδέναι εἰ συμβή-
σσονται τοῖσι λόγοισι τοῖσι ἐν Μέμφι. τὰ μὲν γὰρ θεῖα τῶν
ἀπηγημάτων οἷα ἤκουον, οὐκ εἰμι πρόθυμος ἐξηγέσθαι. 4 ὅσα δὲ
ἀνθρωπία πρήγματα, ὧδε ἔλεγον ὁμολογέοντες σφισι, Aegyptios
omnium primos annum et duodecim anni partes invenisse atque
aras, simulacra, templa diis primos exstruxisse, Menem autem
primum Aegypti regem fuisse; sub eo omnem Aegyptum, pago
Thebaico excepto, paludem fuisse.

10 ταύτης τῆς χώρας ἢ πολλῆ, κατάπερ οἱ ἱερεῖς ἔλεγον,
ἐδόκει καὶ αὐτῷ μοι εἶναι ἐπίκτητος Αἴγυπτίοισι.

13 ἔλεγον καὶ τότε μοι μέγα τεκμήριον περὶ τῆς χώρας οἱ
ἱερεῖς, ὡς ἐπὶ Μοίριος βασιλέος, ὅπως ἔλθοι ὁ ποταμὸς . . . , καὶ
Μοίρι οὐκω ἦν ἔτεα εἰνακόσια τετελευτηκότι ὅτε τῶν ἱρέων ταῦτα
ἐγὼ ἤκουον.

19 queritur, se neque a sacerdotibus neque a quo-
quam alio de Nili natura quidquam comperisse, quam-
vis cupidus esset eosque sciscitaretur.

28 de Nili fontibus neque ab Aegyptio ullo neque
Libye aut Graeco, quibuscum sermones habuerit, quid-
quam se audivisse, nisi quod scriba donariorum in
Saiticae Minervae templo iocosam narrationem cum
ipso communicaverit: οὗτος δ' ἔμοιγε παῖζειν ἐδόκει φάμενος
εἰδέναι ἀτρεκέως. ἔλεγε δ' ὧδε . . . 29 ἄλλου δὲ οὐδενὸς οὐδὲν
ἐδυνάμην πυνθέσθαι, ἀλλὰ τισίνδε μὲν ἄλλο ἐπὶ μακρότατον
ἐπυθόμην, μέχρι μὲν Ἐλεφαντίνης πόλιος αὐτόπτης ἐλθῶν, τὸ δ' ἀπὸ
τούτου ἀκοῆ ἤδη ἱστορέων.

32 viros Cyrenaeos, quos convenerit, narrasse, se
ad Ammonis oraculum itinere facto cum rege Etearcho collo-
cutos, postquam de multis rebus disputassent, in sermones de

Nili fontibus delapsos esse atque Etearchum rettulisse, ad ipsum aliquando viros Nasamones venisse κ. τ. λ. 31 μέχρι τεσσάρων μηνῶν πλόου γινώσκεται ὁ Νεῖλος πάρεξ τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ ρεύματος, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου οὐδείς ἔχει σαφέως φράσαι. 32 ἀλλὰ τὰδε μὲν ἤκουσα ἀνδρῶν Κυρηναίων. 34 περὶ δὲ τοῦ ρεύματος αὐτοῦ, ἐπ' ὅσον μακρότατον ἱστορεῦντα ἦν ἐξικέσθαι, εἴρηται.

150 ἐπεὶ δὲ τοῦ ὀρύγματος τούτου οὐκ ὤρεον τὸν χοῦν οὐδαμοῦ ἔόντα. εἰρόμην τοὺς ἀγχιιστα οἰκέοντας τῆς λίμνης, ὅκου εἶη ὁ χοῦς ὁ ἐξορυχθεῖς. οἱ δὲ ἔφασάν μοι. . . . cf. III 12, 13 Θῶμα μέγα εἶδον πυθόμενος παρὰ τῶν ἐπιχωρίων.

63 refert in oppido Papremi festum diem agentes sacerdotes clavis ligneis inter se dimicare et sua quidem sententia ea occasione vulneribus acceptis multos perire: καὶ ὡς ἐγὼ δοκέω, πολλοὶ καὶ ἀποθνήσκουσι ἐκ τῶν τραμάτων. οὐ μέντοι οἷγε Αἰγύπτιοι ἔφασαν ἀποθνήσκειν οὐδένα.

IV 76 dicit se a Timne Scytha audivisse Anacharsin regis Idanthyrsi patrum fuisse.

81 πλῆθος τὸ Σκυθέων οὐκ οἶός τε ἐγενόμην ἀτρεκέως πυθέσθαι, ἀλλὰ διαφόρους λόγους περὶ τοῦ ἀριθμοῦ ἤκουον. ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι.

105 λέγονται ὑπὸ Σκυθέων καὶ Ἑλλήνων τῶν ἐν τῇ Σκυθικῇ κατοικημένων, ὡς ἔτεος ἐκάστου ἀπαξ τῶν Νευρῶν ἕκαστος λύκος γίνεται. ἐμὲ μὲν νυν ταῦτα λέγοντες οὐ πείθουσι, λέγουσι δὲ οὐδ' ἐν ἔσσον, καὶ ὀμνῶσι δὲ λέγοντες.

Babylone in templo Iovis Beli auream dei statuam esse et mensam auream ei appositam, et basin atque solium auro facta esse. καὶ ὡς ἔλεγον οἱ Χαλδαῖοι, ταλάντων δεκαοσίων χρυσοῦ πεποιήται ταῦτα; ibidem antea statuam duodecim cubitorum auro solido factam fuisse. ἐγὼ μὲν μιν οὐκ εἶδον, τὰ δὲ λέγεται ὑπὸ Χαλδαίων, ταῦτα λέγω. cf. 181.

II 44 dicit, de Hercule quaerentem Tyrum se vectum esse atque colloquio cum sacerdotibus templi Herculis instituto audivisse, illud templum una cum urbe ipsa ante duo milia trecentos annos conditum esse.

II 55 sacerdotes Dodonaeas narravisse dicit, quas nigras columbas ex Aegypto avolantes alteram Iovis Ammonij, alteram

Dodonaei oraculum constituisse. Δωδωναίων αἰ ἴσται, τῶν τῆ πρεσβυτάτῃ οὐνομα ἦν Προμένεια, τῆ δὲ μετὰ ταύτην Τιμαρέτη, τῆ δὲ νεωτάτῃ Νικάνδρη, ἔλεγον ταῦτα.

III 54 sq. narrat, cum Lacedaemonii Samum oppugnarent, adversus Polycratem bellum gerentes, duos ex eorum exercitu, Lycopam atque Archiam, in urbem ipsam invasisse ibique fortiter pugnantes occidisse. 55 Ἀρχίης καὶ Λυκόπης ἀπέθανον ἐν τῇ πόλει τῶν Σαμίων. τρίτῳ δὲ ἀπ' Ἀρχίῳ τούτου γενομένῳ ἄλλῳ Ἀρχίῃ τῷ Σαμίου τοῦ Ἀρχίῳ αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνεγενόμενῳ, eum omnium advenarum maxime Samios coluisse et dixisse, patri suo Samio nomen datum esse, quod eius pater Sami gloriose mortuus esset, seque Samios praecipuis honoribus afficere, quia ipsius avum publice extulissent . . . τιμᾶν δὲ Σαμίους ἔφη, διότι ταφῆναι οἱ τὸν πάππον δημοσίῃ ὑπὸ Σαμίων. 56 Λακεδαιμόνιοι δὲ ὡς σφι τεσσάρων τὰ ἐγγόνεσαν ἡμεραι, ἀπαλλάσσοντο ἐς Πελοπόννησον.

IX 15 refert Attaginum Thebanum Mardonium atque quinquaginta Persas ad coenam vocasse, Ἀτταγῖνος ἐκάλεε ἐπὶ ξείνια . . . 16 Τὰδε δὲ ἤδη τὰ ἐπίλοιπα ἤκουον Θερσάνδρου ἀνδρὸς Ὀρχομενίου. ἔφη δὲ ὁ Θέρσανδρος κληθῆναι καὶ αὐτὸς ὑπὸ Ἀτταγῖνου ἐπὶ τὸ δεῖπνον . . . ταῦτα μὲν τοῦ Ὀρχομενίου Θερσάνδρου ἤκουον καὶ τὰδε πρὸς τούτοις . . . 17 Μαρδονίου δὲ ἐν τῇ Βοιωτίῃ στρατοπεδευομένου οἱ μὲν ἄλλοι παρείχοντο ἅπαντες στρατιὴν καὶ συνεσέβαλον ἐς Ἀθήνας, μόνοι δὲ Φωκέες κ. τ. λ.

VIII 65 (ἔφη Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος . . . ταῦτα Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος ἔλεγε) veri similis est ad scriptorem, cuius librum legerit, quam ad eum, ex cuius ore ipse audiverit, Herodotum provocasse (v. p. 44).

His quoque locis ad ea, quae ipse audivit, Herodotum provocare concedi potest:

I 51 cratera o Croeso Apollini dedicatum describit. φασὶ δὲ μιν Δελφοὶ Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ἔργον εἶναι. ἄλλα τε ἀναθήματα ἀπέπεμψε ὁ Κροῖσος καὶ δὴ καὶ γυναικὸς εἰδῶλον χρύσειον τρίπηχου, τὸ Δελφοὶ τῆς ἀρτοκόπου τῆς Κροίσου εἰκόνα λέγουσι εἶναι.

I 14 ὁ δὲ χρυσὸς οὗτος καὶ ὁ ἄργυρος, τὸν ὁ Γύγης ἀνέθηκε, ὑπὸ Δελφῶν καλέεται Γυγάδας.

Π 15 τὸ Δέλτα, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Αἰγύπτιοι, ἔστι κατάρρυ-
τόν τε καὶ νεωστὶ ἀναπεφηνός, cf. Π 10 ταύτης τῆς χώρας ἢ πολλή,
κατάπερ οἱ ἱεεὺς ἔλεγον, ἐδόκει καὶ αὐτῷ μοι εἶναι ἐπίκτητος
Αἰγυπτίοισι.

Π 28 Αἰγύπτιοι λέγουσι σέλας ἐπὶ τὴν βοῶν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ
κατίσχειν, καὶ μιν ἐκ τούτου τίκτειν τὸν Ἄπιν.

Π 156 νῆσος ἡ Χέμμισ καλεομένη. . . . λέγεται δὲ ὑπ' Αἰγυπ-
τίων εἶναι πλωτή. . . . τέθηπα ἀκούων εἰ νῆσος ἀληθῶς ἔστι
πλωτή. λόγον δὲ τόνδε ἐπιλέγοντες οἱ Αἰγύπτιοί φασι εἶναι αὐτὴν
πλωτήν. . . .

Π 43 ὡς δὲ αὐτοὶ λέγουσι, ἕτεά ἐστι ἑπτακισχίλια. . . .
ἐπεῖτε ἐκ τῶν ὀκτώ θεῶν οἱ δωδέκα θεοὶ ἐγένοντο.

145 Διονύσῳ πεντακισχίλια καὶ μύρια λογιζονται εἶναι ἐς Ἄμασιν
βασιλέα καὶ ταῦτα Αἰγύπτιοι ἀτρεκέως φασὶ ἐπίστασθαι, αἰεὶ τε
λογιζόμενοι καὶ αἰεὶ ἀπογραφόμενοι τὰ ἕτεα.

Π 123 ἀρχηγετεύειν τῶν κάτω Αἰγύπτιοι λέγουσι Δῆμητρα
καὶ Διόνυσον.

Π 47 διότι δὲ τοὺς ὅς ἐν μὲν τῆσι ἄλλῃσι ὀρθῆσι ἀπεστυγήμασι,
ἐν δὲ ταύτῃ θύουσι, ἔστι μὲν λόγος περὶ αὐτοῦ ὑπ' Αἰγυπτίων
λεγόμενος, ἐμοὶ μέντοι ἐπισταμένῳ οὐκ εὐπρεπέστερός ἐστι λέγε-
σθαι. similia c. 48, 65, 3.

His locis consideratis, nam ceteris eiusmodi locis suae
narrationis fontem Herodotum non significare satis idoneis argu-
mentis probasse mihi videor, hos igitur locos si consideraverim-
us, videmus ea ex hominum ore Herodotum accepisse, quae
supra consentaneum esse diximus: eum terrarum externarum
explorandarum causa itineribus factis Graecos, qui ibi erant, et
indigenas Graece loquentes (Π 125, 28 IV 76) aut interpretibus
adhibitis de earum natura, monumentis, quae ibi erant, admi-
ratione dignis, sacris, institutis, rebus similibus diligenter scisci-
tatum esse; ex rebus gestis vero tantum novissime praeteritas,
quas qui viderant vel gesserant etiamtum viverent, ex hominum
ore audivisse; et locus illè, ubi ad Thersandrum provocat, ipse
luculenti testimonio est, ipsam Xerxis belli historiam composi-
tam non esse ex narrationibus, quas alias ab aliis compererit
et inter se coniunxerit, sed eum, cum suam rerum illarum narra-

tionem in continua earum historia a prioribus historicis condita poneret, ea, quae ab hominibus ipsis audivit, suo quidque loco inseruisse. Haec autem paucissima fuisse eumque raro et fortuito tales, qui rebus illis gerendis interfuerant aut de iis narrare poterant, convenisse, ita ut, plane sicuti hodiernae aetatis historici, dedita opera, quasi res gravissima esset, de tali colloquio lectores edoceret, ex altero loco, ubi Archiae mentionem facit, luculenter cerni potest.

Restat, ut eos locos videamus, ubi in universum quandam rem se audivisse Herodotus dicit. Non omnibus huiusmodi locis ex ore hominum ipse accepisse putandus est, sed verbo ἀκούειν usus etiam in universum significat, aliorum narrationem se sequi, quod ex his locis apparet:

III 115 οὐδενὸς αὐτόπτεω γενομένου δύναμαι ἀκοῦσαι τοῦτο μελετέων, ὅπως θάλασσά ἐστι τὰ ἐπέκεινα τῆς Εὐρώπης; cf. IV 16 τῆς γῆς τῆς πέρι ὅδε ὁ λόγος ὄρηται λέγεσθαι (de Scythia) οὐδεὶς οἶδε ἀτρεκέως, ὃ τι κατόπερθε ἐστι. οὐδενὸς γὰρ δὴ αὐτόπτεω εἰδέναι φασμένου δύναμαι πυθέσθαι. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης οὐδὲ οὗτος προσωτερῶ Ἰσηθῶνων ἔφησε ἀπικέσθαι, ἀλλὰ τὰ κατόπερθε ἔλεγε ἀκοῆ.

et maxime ex hoc loco:

I 123 narrat Harpagum servum cum lepore, in cuius alvum epistulam insuerat, ad Cyrum misisse, cui diceret, sua ipsius manu aperiret neque quisquam ipsi hoc facienti adesset: 124 ὁ Κῦρος παραλαβὼν τὸν λαγὸν ἀνέσχισε. εὐρῶν δὲ ἐν αὐτῷ τὸ βιβλίον ἐνεὸν λαβὼν ἐπελέγετο. τὰ δὲ γράμματα ἔλεγε τάδε 125 ἀκούσας ταῦτα ὁ Κῦρος κ. τ. λ.

Nec minus his locis manifestum est non id ipsum dicere Herodotum, se audivisse alios narrantes:

II 99 Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων κατὰ ἤκουον. v. p. 45 sq.

IV 77 καίτοι τινὰ ἤδη ἤκουσα λόγον ἄλλον ὑπὸ Πελοποννησίων λεγόμενον. v. p. 35 sq.

I 171 Κἄρες τὸ παλαιὸν ἐόντες Μίνῳ κατήκοι εἶχον τὰς νήσους, φόρον μὲν οὐδένα ὑποτελέοντες, ὅσον καὶ ἐγὼ δυνατὸς εἰμι ἐπὶ μακρότατον ἐξικέσθαι ἀκοῆ κατὰ μὲν δὴ Κἄρας οὕτω Κρηῆτες λέγουσι γενέσθαι. v. p. 36.

Invenimus autem tale ἦκουσα et similia praeterea his locis:

II 8 τῇ δὲ αὐτὸ ἐωυτοῦ ἐστὶ μακρότατον (agit de Aegypti finibus), ὡς ἐγὼ ἐπυρθανόμην, δύο μηνῶν αὐτὸ εἶναι τῆς ὁδοῦ.

II 18 μαρτυρεῖ μοι τῇ γνώμῃ καὶ τὸ "Αμμωνος χρηστήριον γενόμενον, τὸ ἐγὼ τῆς ἐμεωυτοῦ γνώμης ὕστερον περὶ Αἰγύπτου ἐπυθόμην.

III 117 ἔστι δὲ πεδίον ἐν τῇ Ἀσίῃ περικεκλημένον οὔρει πάντοθεν, ὡς ἐγὼ οἶδα ἀκούσας.

IV 16 τῆς γῆς ταύτης οὐδεὶς οἶδε, ὅτι κατύπερθε ἐστὶ, ἀλλ' ὅσον ἡμεῖς ἀτρεκέως ἐπὶ μακρότατον οἰοί τ' ἐγενόμεθα ἀκοῇ ἐξικέσθαι, πᾶν εἰρήσεται.

IV 81 πλῆθος τὸ Σκυθέων οὐκ οἶός τε ἐγενόμην ἀτρεκέως πυθέσθαι, ἀλλὰ διαφόρους λόγους περὶ τοῦ ἀριθμοῦ ἤκουον.

IV 183 οἱ τραυλοδύται Αἰθίοπες πόδας τάχιστοι ἀνθρώπων πάντων εἰσὶ, τῶν ἡμεῖς πέρι λόγους ἀποφερομένους ἀκούομεν.

VI 117 refert, quid Epizelo Atheniensi in pugna Marathonia acciderit. λέγειν δὲ αὐτὸν ἤκουσα περὶ τοῦ πάθεος τοιόνδε τινὰ λόγον.

VII 35 Ξέρξης ἐκέλευε τὸν Ἑλλήσποντον τριηκοσίας ἐπιπέσθαι μάλιστα πληγὰς καὶ κατεῖναι ἐς τὸ πέλαγος πεδῶν ζευγος. ἤδη δὲ ἤκουσα, ὡς καὶ στιγέας ἅμα τούτοις ἀπέπεμψε στείνοντας τὸν Ἑλλήσποντον.

VII 54 sq. narrat, quo modo Persae Hellespontum transierint. διέβαινον κατὰ μὲν τὴν ἐτέρην τῶν γεφυρέων πρῶτοι μὲν ἐπὶ δὲ αὐτός τε Ξέρξης ἐπὶ δὲ τούτοις ὁ ἄλλος στρατός ἤδη δὲ ἤκουσα καὶ ὕστατον διαβῆναι βασιλέα πάντων.

IX 84 πολλοὺς δὲ τινὰς ἤδη καὶ παντοδαποὺς ἤκουσα θάψαι Μαρδόνιον.

IX 85 Αἰγινητέων ἐστὶ αὐτόθι καλεόμενος τάφος, τὸν ἐγὼ ἀκούω δέκα ἔτεσι ὕστερον μετὰ ταῦτα χῶσαι Κλεάδην ἄνδρα Πλαταιέα.

IX 93 sq. de miris fatis Euenii, patris Deiphoni vatis, agit. 95 τούτου δὴ ὁ Δηίφονος ἐὼν παῖς ἐμαντεύετο τῇ στρατιῇ. ἤδη δὲ καὶ τότε ἤκουσα, ὡς ὁ Δηίφονος ἐπιβατεύων τοῦ Εὐδηίου οὐνόματος ἐξελάμβανε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔργα, οὐκ ἐὼν Εὐδηίου παῖς.

Etiamsi his omnibus locis ad ea, quae audiverit, Herodotum provocare diceremus: his ipsis locis sententia, quam defendi, de Herodoti fontibus confirmatur; nam, audivisse eum videmus de terrarum externarum situ et natura et nonnullas res bellis Persarum gestas; sed his quoque locis, praeter II 8, 18 IV 16, 81, licet nobis sumere ea, quae apud scriptorem legerat, eum recordari.

Cf. Thucyd. I 4: Μίνως παλαιάτος ὦν ἀκοῆ ἴσμεν ναυτικὸν ἐκτήσατο.

VII 87 ζυνέβη ἔργον τοῦτο μέγιστον γενέσθαι ὦν ἀκοῆ Ἑλληνικῶν ἴσμεν.

I 20 τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων.

I 73 τὰ πάντα παλαιὰ τί δεῖ λέγειν, ὦν ἀκοαὶ μᾶλλον λόγων μάρτυρες ἢ ὄφεις τῶν ἀκουσομένων; I 23 τά τε πρότερον ἀκοῆ μὲν λεγόμενα (II 102 τὰ μὲν περὶ Ἀλκμέωνα τοιαῦτα λεγόμενα παρελάβομεν), VI 55 ὅτι δὲ πρεσβύτατος ὦν Ἰππίας ἤρξεν, εἰδὼς μὲν καὶ ἀκοῆ ἀκριβέστερον ἄλλων ἰσχυρίζομαι (cf. I 20, VI 54, v. supra p. 32), I 20 κτῆμα ἐς αἰὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν.

Platon. Rep. X 6, 605 οἱ γὰρ που βέλτιστοι ἡμῶν ἀκροώμενοι Ὀμήρου ἢ καὶ ἄλλου τινὸς τῶν τραγωδοποιῶν.

X 8, 608 οὐ σπουδαστέον ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ποιήσει, ὡς ἀληθείας τε ἀπτομένη καὶ σπουδαία, ἀλλ' ἐδλαβητέον αὐτὴν ὃν τῷ ἀκροωμένῳ.

Dion. Hal. iud. Thuc. c. 16 ὦν προνοούμενος ἔοικεν ἀτελεῖ τὴν ἱστορίαν καταλιπεῖν, ὡς καὶ Κράτιππος γέγραπεν, οὐ μόνον ταῖς πράξεσι τὰς ῥητορίας ἐμποδῶν γεγενῆσθαι λέγων, ἀλλὰ τοῖς ἀκούουσι ὀχληρὰς εἶναι.

Plut. Lysand. 12: ὅτι εὐγνωμόνων ὁ Δαίμαχος ἀκροατῶν δεῖται δῆλόν ἐστιν; id: πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν.

Lucian. somn. 14: ἀκούεις τῶν ποιητῶν τῶν λεγόντων; parasit. 4 τέχνη ἐστὶν, ὡς ἐγὼ διαμνημονεύω σοφοῦ τινος ἀκούσας, σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρὸς τι τέλος εὐχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ (Quintil. II 17. *artem constare ex praeceptionibus consentientibus et coexercitatis ad finem vitae utilem*). rat. hist. scrib. 14: συγγραφῶν τινῶν ἀκούσας 32 ἄλλος ἀστεϊότερον παρὰ πολὺ, ἀνέγνω γὰρ

Pausan. I 17, 4 (de Theseo) πιθανώτατα ὦν ἤκουσα.

Aelian. n. an. XII 28 ἀκούω ἐν Κλαζομεναῖς σὺν γενέσθαι πτηνόν. . . . λέγει τοῦτο Ἀρτέμων ἐν τοῖς ὄροις; var. hist. XII 43 Δαρεῖον ἀκούω φαρετροφόρον Καμβύσου γενέσθαι.

Philostrat. Heroïc. 20, 17 ὅσα περὶ τοῦ ἔρωτος ποιητῶν ἀκούεις, ᾧδ' ἔχει.

Cic. divin. I 53: »*Ceos accepimus . . . , ut scribit Heraclides Ponticus*»; Sallust. b. J. 78: »*Id oppidum ab Sidoniis conditum est, quos accepimus profugos ob discordias civilis in eos locos venisse.*«



V i t a.

Hugo Panofsky natus sum Glivicii in oppido in Silesia sito a. d. VI. Id. Jul. anni 1860 patre Mauricio, matre Johanna, de gente Schlesinger, utroque adhuc vivo. Fidem profiteor Iudaicam. Cum parentes mei anno 1864 Berolini domicilium collocassent, hac in urbe primis litterarum elementis in schola v. d. Dr. Kuerteni imbutus inde ab anno 1869 per decem annos gymnasium Joachimicum frequentavi. Anno 1879 maturitatis testimonium adeptus atque inter cives universitatis Friderico-Guilelmae receptus per novies semestria in studia philologica et historica incubui et scholas adii professorum Curtii, Diltheyi, Joh. Gust. Droyseni, Dr. Joh. Droyseni, Huebneri, Kiepertii, Ad. Kirchhoffii, Paulseni, Treitschkii, Wattenbachii, Zelleri. Exercitationibus interfui epigraphicis a Kirchhoffio, philologicis ab Huebnero, historicis a Joh. Gust. Droyseno et Dr. Droyseno institutis.

Sententiae controversae.

1. Herodotum vitam multo ultra annum p. Chr. n. 428 extendisse.
 2. Stešimbrotum Thasium probum historicum et magni pretii auctorem fuisse.
 3. Scripturam viris doctis probatam Aristot. hist. anim. VIII 18 τὰ γαμφώνυχα ἄποτα πάντων ἐστίν, ἀλλ' Ἡσίοδος ἠγνώνει τοῦτο κ. τ. λ. repudiandam esse.
-